1

C.PLINII SECVNDI NOVOCOMENSIS ORATORIS EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

C.Plinius Secundus Septitio ſuo.S.plu.dicit.

Requentet hortatus es:ut epiſtolas ſi quas paulo accuratius ſcripſiſſem:colligerē:publicarēq;:collegi nō ſeruato tēporis ordine:neq; enī hiſtoriā componebā: ſed ut quæq; in manus uenerat. Supereſt ut nec te cōſilii: nec me pœniteat obſequii.Ita.n.fiet:ut eas q̄ adhuc neglectæ iacent:requirā:& ſi quas addidero:non ſupprimam.Vale.

C.Plinius Arrinio ſuo Salutem.

Via tardiorē aduētum tuū proſpicio:librū quem prioribus epiſtolis ꝓmiſerā:exhibeo.Hūc rogo ex cōſuetudine tua & legas & emēdes:eo magis quod nihil ante peræq; eodē zelo ſcripſiſſe uideor.tentaui enī imitari Demoſthenē ſemꝑ tuū Caluum nuꝑ meū figuris dūtaxat orationis.Nā uī tantoꝝ uiroꝝ pauci quos æquus amauit Iuppiter aſſeq poſſunt. Nec materia ipa huic:(Vereor ne iprobe dicā) æmulationi repugnauit: Erat enī ꝓpe tota ī cōtentiōe dicēdi: quod me lōgæ deſidiæ indormiētē excitauit:Si modo is ſum ego:q excitari poſſim:nō tamē omnino.M.noſtri Λῆκυθους fugimus.quotiēs paulū itinere decedere nō intēpeſtiuis amœnitatibus admonebamur.Acres.n.non triſtes eſſe uolebamus.Nec eſt quod putes me ſub hac exceptiōe ueniā poſtulare. Immo quo magis intēdā limā tuā:confitebor & ipſum me & cōtubernales ab editiōe nō abhorrere:ſi mō tu fortaſſe errori nr̄o albū calculū adieceris.Eſt enim plane aliqd edēdū: atq; utinā hoc potiſſimū qd̄ paratū eſt.audis deſidiæ uotū. edēdū aūt ex pluribus cauſis:maxie q̄ libelli quos emiſimus dicunt̄ ī manibus eſſe:q̄uis iam gratiā nouitatis exuerit:niſi tamē auribus noſtris bibliopollæ blādiūt̄.Sit ſane:dū ꝑ hoc mēdaciū nobis ſtudia nr̄a cōmēdent.Vale.

C. Plinius Caninio Ruffo ſuo Salutem.

Vid agit Comū tuæ meæq; delitiæ?qd ſuburbanū amœniſſimū?uel qd illa porticus uerna ſemꝑ?qd platāus opaciſſima?qd Euripus uiridis & gēmeus?qd ſubiectus & ſeruiēs lacus?qd illa mollis & tamē ſolida geſtatio?qd balneū illud qd̄ plurimus ſol ipletːet circuit?qd triclinia illa uel popularia?uel illa paucorū?qd cubicula diurna nocturnaq;?poſſidēt te:& ꝑ uicēs ꝑtinent

BIBLIOTECA DE CATALUNYA

An ut ſolebas intẽtiõe rei familiaris obeũdæ crebris excurſiõibus auocaris? ſi poſſidẽt: felix beatuſq; es. ſi mĩus: unus ex multis. q̄n tu ip̄e hũiles & ſordidas curas aliis mãdas: & ip̄e te ĩ alto iſto pĩguiq; ſeceſſu ſtudiis aſſeris? hoc ſit negociũ tuũ. hoc ociũ. hic labor. hæc q̄es. ĩ his uigiliæ. ĩ his ẽt ſõnus reponat: Effinge aliud: & excude qđ ſit ꝑpetuo tuũ. Nã reliqua reꝝ tuaꝝ poſt te aliũ atq; aliũ dominũ ſortient. Hoc nũq̄ tuũ deſinet eẽ ſi ſemel eẽ cœpit. Scio quem animũ: quod horter ingenium. Tu modo enitere: ut tibi ipſe ſis tanti quanti uideberis aliis: ſi tibi fueris. Vale.

C. Plinius Pompeiæ Celerrimæ ſocrui ſuæ. S.

Vantũ copiarũ ĩ otriculano: ĩ narniẽſi: in carſulano: ĩ Peruſino tuo. In narniẽſi uero balneũ ẽt: ex epiſtolis meis(Nã iã tuis opus nõ ẽ)una illa breuis & uetus ſufficit. nõ mehercule tã mea ſũt: q̄ mea ſũt q̄ q̄ tua: hoc tamẽ differũt: qđ ſolicitius & ĩtẽtius tui me q̄ mei excipiũt. idẽ fortaſſe eueniet etiã tibi: ſi q̄do ĩ nr̄a diuerteris: quod uelĩ facias: primũ: ut ꝑinde nr̄is rebus: ac nos tuis ꝑfruaris. Deĩde ut mei expergiſcant aliquando: q me ſecure ac ꝓpe negligẽter expectãt. Nã uitio dominoꝝ apud ſeruos ipſa cõſuetudine metus exoleſcit: nouitatibus excitant: probariq; dominis per alios magis q̄ per ſe ipſos laborant. Vale.

C. Plinius Voconio Romano Salu.

Idiſti ne quẽquã. M. Regulo timidiorẽ: humiliorẽ poſt Domitiani mortem? ſub quo non mĩora flagitia cõmiſerat: q̄ ſub Nerone: ſed tectiora. Cœpit uereri ne ſibi iraſcerer: nec fallebat: iraſcebar. Ruſtici Arulẽi piculũ fouerat: exultauerat morte: adeo ut librũ recitaret publicaretq;: in quo Ruſticũ ĩſectat: atq; ẽt ſtoicoꝝ ſimiã appellat. Adiicit uitelliana cicatrice ſtygmoſum Agnoſcis eloquentiã Reguli: lacerat Hærenniũ Senectionẽ tã ĩtẽpanter q̄dẽ: ut dixerit ei Metius Carus: Quid tibi cũ eis mortuis? Nũq̄d ego: aut Craſſo: aut Camerino moleſtus ſũ? quos ille ſub Nerõe accuſauerat: Hæc me dolẽte rRegulus tuliſſe credebat. Ideoq; ẽt cũ recitaret librũ: nõ adhibuerat. Præterea reminiſcebat quã capitaliter me ipſũ apđ cẽtũ uiros laceſſiſſet. Aderã Aurionilæ timonis uxori rogatu Aruleni Ruſtici. Regulus cõtra: nitebamur nos ĩ p̄te cauſæ ſentẽtia Vecti Modeſti optimi uiri. Is tunc in exilio erat relegatus a Dõitiano. Ecce ibi Regulus: Quæro ĩq̄t Secũde qđ de Modeſto ſentias? uides quod piculũ: ſi reſpõdiſſem bene: qđ flagitium: ſi male: nõ poſſũ dicere aliud tũ mihi q̄ deos adfuiſſe. Reſpon

debo inquã qd ſentiam:ſi de hoc cẽtũuiri iudicaturi ſunt. Rurſus ille quæro qd de Modeſto ſentias? Iterũ ego. ſolebãt teſtes in reos nõ i dãnatos iterrogari. Tertio ille.nõ iã qd de Modeſto:ſed qd de pietate Modeſti ſẽtias. Quæris iquã qd ſẽtiã. At ego ne iterrogare qdẽ fas puto :de quo ꝓnũciatũ ẽ.cõticuit.me laus & gratulatio ſecuta ẽ.qđ nec famã meã aliquo reſpõſo utili fortaſſe:ihõeſto tamẽ læſerã. Nec me laqueis tã iſidioſæ iterrogatiõis iuoluerã. Nũc ergo cõſciẽtia exterritus apprehẽdit Cæciliũ Celerẽ:mox rogat Iuſtium Fabiũ:ut me ſibi recõcilient.nec cõtentus:uenit ad Spurinã: Huic ſuppliciter(ut eſt cũ timet abiectiſſimus). Rogo inqt mane uideas Pliniũ domi:ſed plane mãe. Nec eni diutius ferre ſollicitudinẽ poſſum & quoquo mõ efficias:ne mihi iraſcať:euigilauerã. Nũcius ait uenio ad te Spurina. imo ego ad te. Coimus in porticũ Liuiæ. cũ alter ad alterum tẽderemus:exponit Reguli mãdata:addit preces ſuas ut decebat optimũ uiꝝ ꝓ diſſimillimo. parce iquiens:cui ego:diſpicies ipſe qd Regulo putes renunciandũ. Te decipi a me nõ oportet. Expecto Mauricũ. Nõdum.n.ab exilio uenerat.-ideo nihil alterutrã in ptẽ reſpõdere tibi poſſum:facturus qcquid ille decreuerit. Illũ eni eſſe huius conſilii ducem:me comitem decet. Paucos poſt dies ipſe me Regulus conuenit in p̄toris officio. illuc me ꝑſecutus ſecretũ petit. Ait timere ſe:ne aio meo penitus hæreret:quod in cẽtumuirali iudicio aliquãdo dixiſſet. cum reſpõderet mihi & Satrio Ruffo. Satrius Ruffus cui nõ eſt cum Cicerone æmulatio:& q contẽtus eſt eloquentia ſæculi noſtri: Repſõdi nunc me intelligere maligne dictũ quia ipſe cõfitereť. Cæterũ puto honorificũ exiſtimari. Eſt enim inquam mihi cũ Cicerone æmulatio. nec ſum contentus eloquentia ſæculi noſtri. Nam ſtultiſſimũ credo ad imitãdũ nõ optima quæq; proponere. Sed tu q huius iudicii meminiſti: cur illius oblitus es:i quo me iterrogaſti: qd de Metii Modeſti pietate ſẽtirẽ expalluit notabiliter quamuis palleat ſemp:& hæſitabundus iquit interrogaui:non ut tibi nocerẽ:ſed ut Modeſto. Vide hominis crudelitatem: qui ſe nõ diſſimulet nocere homini exuli uoluiſſe. ſubiunxit egregiam cauſam. Scripſit inquit epiſtolam quandam quæ apud Domitianum recitata eſt. Regulus omnium bipedũ nequiſſimus. quod quidem Modeſtus ſcripſerat ueriſſime. Hic fere nobis ſermonis terminus. Neque enim uolui progredi longius: ut mihi omnia libera ſeruarem dum Mauricus uenit. nec me præterit eſſe Regulum Δυσκαταίρετον. Eſt enim locuples factioſus:curatur

a multis:timet̃ a pluribus:quod plerũque amore fortius eſt.põt tamẽ fieri:ut hæc cõcuſſa labant̃.Nam gr̃a maloꝝ tam ĩfida eſt q̃ ipſi.Veꝝ ut idem ſæpius dicam expecto Mauricũ.Vir eſt grauis:prudens:multis experimentis eruditus:& q futura poſſit ex præteritis prouidere.Mihi & tentandi aliquid & quieſcẽdi illo auctore ratio conſtabit.Hæc tibi ſcripſi:quia æquũ erat te pro amore mutuo nõ ſolum oĩa mea facta dictaq;:uerum ẽt conſilia cognoſcere.Vale.

C.Plinius Cornelio Tacito ſuo.S.

Idebis:& licet rideas:ego Plinius ille quem noſti:apros tris & quidem pulcherrimos cepi:ipſe inquis?ipſe:nõ tamen ut oĩo ab inertia mea & quiete diſcederem:ad retia ſedebam. Erant ĩ ꝓximo nõ uenabulum:non lancea:ſed ſtilus & pugillares: meditabar aliquid:enotabamq;:ut ſi manus uacuas:plenas tamen cæras reportarem.Nõ eſt quod cõtemnas hoc ſtudendi genus.Mirũ eſt ut animus ab agitatione motuq; corporis excitet̃.Iam undique ſiluæ & ſolitudo ipſumq; illud ſilentium quod uenationi datur:magna cogitationis incitamenta ſunt.proinde cũ uenabere licebit auctore me:ut panariũ & lagũculam :ſic etiã pugillares feras. Experieris nõ magis Dianam mõtibus:q̃ Mineruã inerrare.Vale.

C.Plinius Octauio ſuo Ruffo Sal.

Ide ĩ quo me faſtigio collocaris cum mihi idem poteſtatis: idemq; regni dederis:quod Homerus Ioui optimo maxĩo: ἠ καὶ κυανεησιν ἐποφρυσι νευσε χρονιων. Nã ego quoq; ſimili nutu ac renutu reſpõdere uoto tuo poſſum.Etenĩ ſicut fas eſt mihi præſertim te exigente excuſare bethycis contra unum hominem aduocationem ita nec fidei noſtræ:nec conſtantiæ quem diligis conuenit adeſſe contra prouinciam:quam tot officiis:tot laboribus:tot periculis ẽt meis aliq̃do deuinxeri.Tenebo ergo hoc tẽpamentũ:ut ex duobus quoꝝ alterum petis eligã:id potius in quo nõ ſolũ ſtudio tuo:ueꝝ ẽt iudicio ſatiſfaciã.Neq;.n.tantope mihi cõſiderandũ ẽ:qd uir optius in p̃ſentia uelis:quã qd ſemp ſis ꝓbaturus.Me circa idus octobres ſpero Rõæ futuꝝ.eadẽq; hæc p̃ſẽtẽ quoq; tua meaq; fide Gallo cõfirmatuꝝ:cui tamẽ nũc iã licet ſpõdeas de aĩo meo.

:cur eni nõ uſquequaq; Homericis uerſibus agã tecũ?quatenus tu me tuis agere nõ pateris:quoꝝ tanta cupiditate ardeo:ut uidear mihi hac ſola mercede corrũpi poſſe:ut uel cõtra bethycos adſim:pene p̃terii qd̃ miniẽ p̃tereũdũ fuit:accepiſſe me ca-

riotas optimas:quæ nūc cū ficis & boletis certamē habent. Vale.

C.Plinius Pompeio Saturnino ſuo Salu.

Eropportune mihi redditæ ſunt lr̄æ tuæ:q̄bus flagitabas: ut tibi aliq̄d ex ſcriptis meis mitterē:Cū ego idipſum deſtinaſſem. Addidiſti ergo calcaria ſpōte currēti:pariterq; & tibi ueniā recuſandi laboris:& mihi exigēdi uerecūdiā ſuſtuliſti. Nā nec me timide uti decet eo q̄d oblatū eſt:nec te grauari q̄d depopoſciſti. Nō eſt tamē quod ab hoie deſidioſo aliq̄d noui operis expectes. petiturus ſum.n.ut rurſus uaces ſermōi: quē apud municipes meos habui bibliothecam dedicaturus. Memini quidē iam te quædā notaſſe:ſed generaliter:ideo nūc rogo:ut nō tantum uniuerſitati eius attendas:ue℞ ēt ꝑticulas qua ſoles lima ꝓſequaris. Erit enī & poſt emēdationē liberū nobis uel publicare uel cōtinere. Quin immo fortaſſe hanc ipſam cuntationem noſtrā in alterutram ſententiā emēdationis ratio reducet:quæ aut īdignū editione:dū ſæpius retractat inueniet:aut dignum dum idipſum experitur efficiet: Quanquam huius cūtationis meæ cauſæ non tam in ſcriptis q̄ in ipſo materiæ genere conſiſtunt. Eſt enim paulo glorioſius:& clarius:onerabit hoc modeſtiā noſtram:ēt ſi ſtilus ipſe preſſus demiſſuſque fuerit. Propterea quod cogimur cum de munificētia parentū noſtrorum:tū de noſtra diſputare. Anceps hic & lubricus locus ē: etiam cum illi neceſſitas lenocinetur. Etenī ſi alienæ quoq; laudes parum æquis auribus accipi ſolent: quam difficile eſt optinere ne moleſta uideatur oratio de ſe aut de ſuis diſſerentis? Nā cū ipſi honeſtati tum aliquanto magis gloriæ eius prædicationique inuidemus. atq; ea demum recte facta minus detorquemus:& carpimus quæ in obſcuritate & ſilentio reponuntur. qua ex cauſa ſæpe ipſe mecum:nobis ne tātum quicquid eſt illud compoſuiſſe: an & aliis debeamus ut nobis? admonet illud quoq; quod pleraq; quæ ſunt agendæ rei neceſſaria:eadem peracta nec utilitatem parem nec gratiam retinent. Aut ne longius exēpla repetamus. Quid utilius fuit q̄ munificētiæ rationem ēt ſtilo proſequi:per hoc enim aſſequebamur:primum ut honeſtis cogitatiōbus īmoraremur:deide ut pulchritudinē illa℞ lōgiore tractu ꝑuideremus. Poſtremo ut ſubitæ largitionis cōitē pœnitentiā caueremus:naſcebat̃ ex his exercitatō quædā cōtēnendæ pecuniæ. Nā cū oēs hoies ad cuſtodiā eius natura reſtrixerit:nos cōtra multum ac diu pēſitatus amor liberalitatis cōibus auaritiæ uīculis eximebat. Tātoq; laudabilior munificētia

noſtra fore uidebať:q̄ ad illā nō īpetu quodā ſed conſilio trahebamur. Accedebat his cauſis qđ non ludos aut gladiatores: ſed ānuos ſumptus ī alimēta īgenuoꝝ pollicebamur. Oculoꝝ porro & auriū uoluptates adeo nō egent cōmendatione:ut nō tam īcitari debeāt oratione q̄ reprimi. Vt uero aliqs libēter educatiōis tediū laborēq; ſuſcipiat:nō præmiis mō:ueꝝ ēt exqſitis adhortationibus impetrādū eſt. Nā ſi medici ſalubres:ſed uoluptatis parū habētes cibos blādioribus alloquiis ꝓſequūť:quāto magis decuit publice conſulētē utiliſſimū munus:ſed ꝑide nō populare comitate orōnis īducere? p̄ſertim cū enitēdum haberemus: ut qđ parētibus dať:& orbis propereť:honorēq; paucoꝝ cæteri patiēter expectarēt & īcitarēť. Sed ut tūc cōmunibus magis cōmodis:q̄ priuatæ iactantiæ ſtudebāus: cū intētionem effectūq; muneris noſtri uolebamus ītelligi:ita nūc in ratione edendi ueremur:ne forte nō alioꝝ utilitatibus: ſed propriæ laudi ſeruiſſe uideamur. Præterea meminimus quāto maiore aīo' fructus honeſtatis in cōſcientia:q̄ ī fama reponať. Sequi enim gloria nō appeti debet:nec ſi caſu aliquo nō ſequať:Iccirco qđ gloriā nō meruit:minus pulchrū eſt. ii uero qui benefacta ſua uerbis adornāt:nō ideo p̄dicare qa fecerīt: ſed ut p̄dicarēt feciſſe credūť. Sic quod magnificū referente alio fuiſſet:ipſo q geſſerit recenſente uaneſcit:Homines enim cum rem deſtruere nō poſſunt:iactationē eius iceſſunt. Ita ſi ſilēda feceris:factū ipſum:ſi laudanda:quod non ſileas:ipſe culparis. Me uero peculiaris quædā impedit rō: etenim hūc ipſum ſermonē nō ad populū:ſed apud decuriones habui:nec in ꝓpatulo:ſed in curia. Vereor ergo ne ſit ſatis cōgruēs cū ī dicendo aſſentationē uulgi acclamationēq; defugerim:nūc eadē illa editione ſectari. Cūq; plebē ipſam cui cōſulebať limine curiæ parietibuſq; diſcreuerim:ne quā in ſpeciem ambitionis inciderē: nūc eos etiam ad quos ex munere noſtro nihil pertinet p̄ter exēplū:uelut obuia oſtentatione cōquirere. habes cūtationis meæ cauſas:obſequar tamē cōſilio tuo:cuius mihi auctoritas ꝓ rōne ſufficit. Vale.

C. Plinius Minutio Fundano ſuo. Salu.

Irum eſt q̄ ſingulis diebus in urbe ratio aut conſtet: aut conſtare uideatur:pluribus cunctiſq; non conſtet. Nam ſi quem interroges:hodie quid egiſti? reſpōdeat: officio togæ uirilis interfui:ſponſalia aut nuptias frequentaui. ille me ad ſignandum teſtamentum: ille in aduocationem: ille in conſilium uocauit. Ita hæc quo die feceris neceſſaria: eadem ſi quotidie feciſſe te

reputes ĩania uidenť:multo magis cũ ſeceſſeris. Tũc enim ſubit re-
cordatõ:quot dies q̄ frigidis rebus abſumpſi:qđ euenit mihi poſtq̄
in Laurẽtino meo aut lego aliq̄d:aut ſcribo:aut etiã corpori uaco:
cuius fulturis animus ſuſtineť. Nihil audio quod audiſſe:nihil di-
co quod dixiſſe pœniteat:Nemo apud me quẽq̄ ſiniſtris ſermoni-
bus carpit.nemĩnẽ ipſe reprehẽdo:niſi tamẽ me cũ parꝫ commode
ſcribo.nulla ſpe nullo timore ſollicitor:nullis rumoribus inq̄etor.
Mecũ tantũ & cũ libellis loquor. O regiã ſinceramq; uitã. O dulce
ocium honeſtumq; atq; pene omni negocio pulchrius: O mare:o
littus:uerꝫ ſecretumq; μουσεῖον q̄ multa inuenitis. q̄ multa di-
ctatis. Proĩde tu quoq; ſtrepitũ iſtum inanemq; diſcurſum & mul-
tos ĩeptos labores:ut primũ fuerit occaſio:relinque:teq; ſtudiis uel
ocio trade. Satius eſt enim:ut Attilius noſter eruditiſſime ſimul &
faceciſſime dixit:ocioſum eẽ q̄ nihil agere. Vale.

C. Plinius Atrio Clementi ſuo Sal.

I quando urbs noſtra liberalibus ſtudiis floruit: nũc maxĩe
floret:multaq; clara exẽpla ſunt. ſufficeret unũ. Euphrates
philoſophus:hũc ego in ſyria cũ adoleſcẽtulus militarẽ pe-
nitus & domi ĩſpexi:amariq; ab eo laboraui:& ſi nõ erat laborãdũ:
Eſt.n.obuius & expoſitus:plenuſq; humanitate quã præcipit: atq;
utinam ſic ipſe ſpẽ quam tũc ille de me concepit impleuerĩ: ut ille
multum uirtutibus ſuis addidit. At ego illas nunc miror q̄a magis
ĩtelligo:quãq̄ ne nunc quidẽ ſatis ĩtelligo.ut enim de pictore: ſcul-
ptore:fictore:niſi artifex iudicare:ita niſi ſit ſapiẽs non põt perſpice-
re ſapientẽ. Quantũ tamen mihi datur cernere:multa in Euphrate
ſic eminent & elucent:ut mediocriter quoq; doctos aduertãt:& af-
ficiant: diſputat ſubtiliter: grauiter:ornate:& frequẽter:ẽt platoni-
cam illam ſublimitatẽ & latitudinẽ effingit. Sermo eſt copioſus: &
uarius:dulcis ĩ primis:& q̄ repugnantes quoq; ducat:& ĩpellat. Ad
hæc ꝓceritas corporis:decora facies:demiſſus capillus: ĩgens & ca-
na barba.quæ licet fortuita & ĩania putenť:Illi tamen plurimũ ue-
neratiõis acq̄rũt. Nullus horror ĩ cultu:nulla triſtitia:multũ ſeueri-
tatis.reuerearis:ut occurſum nõ reformides. Vitæ ſanctitas ſũma:
par comitas.ĩſectať uitia nõ hoĩes:nec caſtigat errãtes:ſed emẽdat:
Sequaris monẽtẽ attẽtus & pendens:& ꝑſuadere tibi ẽt cum pſua-
ſerit cupias. Iam uero liberi tres:duo mares:quos diligẽtiſſime ĩſti-
tuit. Socer Põpeius Iuliãus:cũ cætera uita tũ uel hoc uno magnus
& clarus:q̄ ipſe ꝓuinciæ pĩceps ĩter altiſſimas cõditiões generũ nõ

honoribus pricipē.ſed ſapiētia elegit:q̄q̄ qd ego plura de uiro quo mihi frui non licet? An ut magis āgar qd nō licet? Nā diſtrigor offi cio ut maxio ſic moleſtiſſio:ſedeo ꝓ tribūali:ſubnoto libellos:cōſi cio tabulas:ſcribo plurias:Sed illr̄atiſſias lr̄as:ſoleo nō nūq̄: (Nā id ip̄m q̄do cōtigit)de his occupatiōibus apud Euphratē q̄ri. Ille me cōſolat̄:affirmat:& eē hāc philoſophiæ & qdē pulcherriam ptem: Agere negociū publicū:cognoſcere:iudicar̄:ꝓmer̄:& exercere iuſti tiā quæq̧ ip̄i doceāt i uſu hēre:mihi tamē hoc unū nō pſuadet:ſa tius eſſe iſta facere:q̄ cū illo totos dies audiēdo diſcēdoq̧ cōſumere. Quo magis te cui uacat hortor cū in urbē ꝓxie ueneris:uenias aūt ob hoc maturius:Illi te expoliēdū limādūq̧ pmittas:neq̧.n.ego ut multi:īuideo aliis bonū quo ipſe careo:Sed cōtra ſenſum quēdā uoluptatēq̧ pcipio:ſi ea q̄ mihi denegāt̄ amicis uideo ſupeſſe. Vale.

C.Plinius.S.Fabio Iuſto ſuo.S.

Lim nullas mihi epiſtolas mittis. Nihil eſt inqs q̧ ſcribā:at hoc ipſum ſcribe nihil eſſe quod ſcribas uel ſolū illud unde priores īcipere ſolebant. Si uales bene eſt: ego ualeo:hoc mihi ſufficit:eſt enim maximū:ludere me putas:Serio peto:fac ſciā qd agas:qd̄ ſine ſollicitudine ſumma neſcire nō poſſum. Vale.

C.Plinius Caleſtrio Tironi Salu.D.

Acturā grauiſſimā fero:ſi iactura dicēda eſt tanti uiri amiſſio:deceſſit Corelius Ruffus & eqdem ſpōte:qd̄ dolorē meum exulcerat. Eſt enim luctuoſiſſimū genus mortis: q̄ non ex natura nec fatalis uidet̄: Nā utcūq̧ i illis q morbo finiunt̄ magnū ex ipſa neceſſitate ſolatiū eſt:In his uero quos acceſita mors aufert hic inſanabilis dolor eſt:qd̄ credūt̄ poſſe diu uiuere. Coreliū qdē ſumma rō q̄ ſapiētibus ꝓ neceſſitate ē ad hoc cōſiliū cōpulit: quāq̄ plurimas uiuendi cās habētē:optimā cōſciētiā: optimā famā: maximā auctoritatem:præterea filiā:uxorē:nepotē: ſorores: interq̧ tot pignora ueros amicos:Sed tā longa tā iniqua ualitudīe cōflicta bat̄:ut hæc tāta pretia uiuendi mortis rationibus uincerent̄. Tertio &.xxx.āno ut ipſum audiebā pedū dolore correptus eſt:patrius hic illi(Nā plerūq̧ morbi quoq̧ p ſucceſſiones quaſdā:ut alia tradūt̄)hūc abſtinētia:ſanctitate:quoad uiridis ætas:uicit & fregit:nouiſſime eū ſenectute īgraueſcētem uiribus animi ſuſtinebat. Cum qdē īcredibiles cruciatus & īdigniſſima tormenta pateret̄. Iā enim dolor nō pedibus ſolis:ut prius īſidebat:ſed oīa mēbra puagabat̄. Veni ad eū Domitiani tēporibus ī ſuburbano iacētem: Serui e cu

biculo receſſerūt.habebāt enī hoc moris:quotiēs intraſſet fidelior
amicus:qn ēt uxor:q̄q̄ oīs ſecreti capaciſſima:digrediebat̃. Circū-
tulit oculos:& cur inqt me putas hos tantos dolores tā diū ſuſtine
re:ut.ſ.iſti latroni uel uno die ſupſim.dediſſes huic aīo par corpus:
feciſſet qđ optabat:affuit tamen deus uoto:cuius ille cōpos ut iā ſe
curus liberq̄ moriturus multa illa uitæ:ſed minora retiacula abru
pit:icreuerat ualitudo:quā tēperātia mitigare cōſueuit:tētauit: pſe
uerātē cōſtātia fugit.Iā dies alter:tertius:q̄rtus:abſtinebat cibo.mi
ſit ad me uxor eius Hiſpulla cōmunē amicū.C. Geiniū cū triſtiſſi-
mo nūcio deſtinaſſe Coreliū mori:nec aut ſuis aut filiæ pcibus fle
ctī:ſolū ſupeſſe me a quo reuocari poſſet ad uitā.Cucurri: puenerā
i pximū:Cū mihi ab eadē Hiſpulla Iulius Atticus nunciat: nihil iā
ne me qdē ipetratur̄ : tā obſtiate magis atq̄ magis iduruiſſe:dixe
rat ſane medico admouēti cibū.κεκρικα:quæ uox quātū admira
tiōis in aīo meo tātū deſiderii reliqt. Cogito quo amico: quo uiro
careā.Impleuit qdē ānū.vii.&.lx.q̄ ætas ēt robuſtiſſimis ſatis lōga
eſt.Scio euaſit ppetuā ualitudinē.Scio deceſſit ſupſtitibus ſuis:flo-
rēte rep.q illi oībus ſuis charior erat:& hoc ſcio.Ego tamē tāq̄ iu
uenis & fortiſſimi morte doleo:doleo aūt:licet me ibecillū putes
meo noie.amiſi enī amiſi meæ uitæ teſtē:rectorē: magiſtrū. i ſum
ma dicā:qđ recenti dolore cōtubernali meo Caluiſio dixi: Vereor
ne negligētius uiuā.pinde adhibe ſolatia mihi:nō hæc.ſenex erat
iſirmus erat:hæc.n.noui:Sed noua aliq̄:ſed magna q̄ audierī nūq̄:
legerim nūq̄.Nā q̄ audiui:q̄ legi:ſpōte ſuccurrūt:Sed tanto dolore
ſupant̃. C.Plinius Soſio Senectioni ſuo.S.

Agnū puētū poetar̄ ānus hic attulit.toto mēſe aprili nul
lus fere dies quo nō rcitaret aliqs: iuuat me q̄ uigēt ſtudia:
pferūt ſe ingenia hoīum:& oſtētāt:tāetſi ad audiēdū pigre
coit̃:pleriq̄ i ſtatiōibus ſedēt:tpuſq̄ audiēdis fabulis cōterūt:ſubi-
de ſibi nūciari iubēt:an iā recitator itrauerit:an dixerit pfatōnē:an
ex magna pte euoluerit librū:tūc demum ac tūc quoq̄ lēte cūtan
terq̄ ueniūt:nec tamē pmanēt:ſed āte finē recedūt.Alii diſſimulā
ter:& furti.ſimplr̄ alii & libere.At hercule memoria parentū Clau
diū Cæſarē ferūt cū i palatio ſpaciaret̃:audiſſetq̄ clamorē: cām r̄q
ſiſſe:cūq̄ dictū eēt recitare Nonianū:ſubitū recitanti iopiatūq̄ ue
niſſe.Nūc ocioſiſſimus qſq̄ multo āte rogatus & idētidē admonī
tus aut non uenit: aut ſi uenit : qrit̃ ſe diem quia non pdiderit per
didiſſe.ſed tāto magis laudandi pbandiq̄ ſunt quos a ſcribendi re-

citandiq; ſtudio hæc auditorꝝ deſidia uel ſupbia nō retardat. Eqdē ꝓpe nemini defui. Erant ſane plerique amici. Neq; enim eſt fere qſ quā: qn nos amet: ut ſtudia nō ſimulet. His ex cauſis lōgius q̄ deſti nauerā tēpus ī urbe cōſumpſi: poſſum iā repetere ſeceſſum: & ſcribere aliqd: quod nō recitē: ne uidear quorꝝ recitatiōibus affui non auditor fuiſſe: ſed creditor: Nā ut ī cæteris rebus: ita in audiēdi offi cio perit gratia: ſi repoſcat.

C. Plinius Iunio Marico Salutem.

Etis ut fratris tui filiæ proſpiciā maritū: qd̄ merito mihi po tiſſimū iniūgis. Scis enim quātope ſummū illum uirum ſu ſpexerim dilexerimq;. Quibus ille adoleſcētiā meā exhortatiōibus fouerit: qbus ēt laudibus ut laudandus uiderer effecerit. Nihil eſt qdem quod a te mihi mandari aut maius aut ſatius: nihil qd̄ honeſtius aut gratius a me ſuſcipi poſſit: q̄ ut eligā iuuenem ex quo naſci nepotes Aruleno Ruſtico deceat: qui qdē diu q̄rendus fuiſſet: niſi paratus & quaſi ꝓuiſus eſſet. Militius Aemilianus Accli nas: q me ut iuuenis iuuenē: (eſt enim minor pauculis annis) famili ariſſime diligit: ita reuereť ut ſenē: nā ita formari a me & īſtitui cu pit: ut ego a uobis ſolebā. Patria ē ei Brixia ex illa noſtra Italia: quæ multū adhuc uerecūdiæ: multū frugalitatis antiquæ retinet ac ſer uat. Pater Minutius Macrinus equeſtris ordinis prīceps: qa nihil al tius uoluit. Allectus enī a Diuo Veſpaſiano īter p̄torios honeſtam qetē huic nr̄æ ābitioni dicā an dignitati cōſtātiſſime p̄tulit. habet auiā maternā Serranā ꝓcul a me mūicipio patauino: noſti loci mo res: Serrana tamē Patauinis quoq; ſeueritatis exemplū eſt. Cōtigit & auūculus ei. P. Acilius grauitate: prudentia: fide ꝓpe ſingulari: In ſumma nihil erit ī domo tota: qd̄ nō tibi tāq̄ ī tua placeat. Aciliāo uero ipſi plurimū uigoris induſtriæ: quique ī maxima uerecundia quæſturā: tribunatū: præturā honeſtiſſime pcurrit: ac iam pro ſe ti bi neceſſitatē ābiendi remiſit. Eſt etiā illi facies liberalis multo ſan guine: multo rubore ſuffuſa. Eſt ingenua totius corporis pulchritudo: & quidem ſenatorius decor: quæ ego nequaquam arbitror negligenda. debet enim hoc caſtitati puellarum quaſi præmium dari. neſcio anadiiciam eſſe patri eius amplas facultates: nam cum imaginor uos: quibus quærimus generum: ſilendum de facultatibus puto: cum publicos mores: atq; etiam ciuitatis leges intueor: quæ uel in primis cenſus hominum ſpectandos arbitrantur: ne id quidē prætereūdum uideť: & ſane de poſteris & his pluribus cogi-

tanti:Hic quoqꝫ ĩ cõditionibus diligendi ponẽdus eſt calculus.Tu
fortaſſe me putes ĩdulſiſſe amori meo:ſupraque iſta : quã res patiť
ſuſtuliſſe.At ego fide mea ſpõdeo futuꝝ ut oĩa lõge ampliora quã
a me prædicãť inuenias.diligo q̃dem adoleſcentẽ ardentiſſime ſi-
cut mereť:Sed hoc ipſum amãtis ẽ:nõ onerare eũ laudibus. Vale.

C.Plinius Septitio Claro ſuo Sal.D.

Eus tu promittis ad cœnã:nec uenis:diciť ius:ad aſſem ĩpẽ
dium reddes:nec id modicũ.paratæ erant lactucæ ſingulæ:
cocleæ trinæ:oua bina:alica cum mulſo & niue. Nã hanc
quoque cõputabis:ĩmo hãc ĩ primis:quæ perit ĩ ferculo: oliuæ be-
thicæ:cucurbitæ:bulbi.alia mille non mĩus lauta.Audiſſes cõœdũ
uel lectorẽ uel lyriſtem:uel quæ mea liberalitas omnis.At tu apud
neſcio quem oſtrea:uuluas:echinos Gaditanos maluiſti.dabis pœ-
nas non dico quas:dure feciſti : inuidiſti neſcio an tibi:certe mihi:
Sed tamẽ & tibi. Quãtũ nos luſiſſemus: riſiſſemus:ſtuduiſſemus.
Potes apparatius cœnare apud multos:nuſquam hilarius:ſimplici-
us: incautius:ĩ ſumma experire.Et niſi poſtea te aliis potius excuſa
ueris:mihi ſemper excuſa.Vale.

C.Plinius Erutio ſuo Salu.

Mabã Pompeiũ Saturninũ:hunc dico noſtrum: laudabãqꝫ
eius ingenium:etiã antequam ſcirem q̃ uarium:q̃ flexibile:
q̃ multiplex eẽt:nũc uero totũ me tenet:hẽt:poſſidet.audi
ui cãs agentẽ acriter & ardẽter:nec minus polite & ornatẽ ſiue me
ditata ſiue ſubita ꝓferret:adſũt aptæ crebræqꝫ ſẽtẽtiæ:grauis & de
cora cõſtructio:ſonãtia uerba & ãtiqua.Oĩa hæc mire placẽt:cũ im
petu quodã & flumine ꝓuehunť:placẽt ſi retractenť. Senties quod
ego cũ oratiões eius in manus ſumpſeris:quas facile cuilibet uete-
rũ:quorum eſt æmulus comparabis.Idem tamen in hiſtoria magis
ſatiſfaciet uel breuitate uel luce uel ſuauitate uel ſplendore etiã ſub
limitate narrandi: unam ĩ concionibus idem q̃ in orationibus eſt:
p̃ſſior tamen & circunſcriptior & adductior:præterea facit uerſus
quales aut Catullus:aut Caluus: Quantum illis leporis dulcedinis
amaritudinis amoris inſerit.Sane ſed data opera mollius leuiuſque
duriuſculos quoſdã & hoc quaſi Catullus aut Caluus.Legit mihi
nuper epiſtolas:quas uxoris eſſe dicebat: Plautum uel Terentium
metro ſolutum legi credidi.Quæ ſiue uxoris ſunt ut affirmat:ſiue
ipſius ut negat pari gloria dignus ẽ:qui aut illa componat:aut uxo
rem quam uirginem accepit tam doctam politamque reddiderit.

Eſt ergo mecum per diem totum: eundem antequam ſcribam: eū
dem cum ſcripſi: eundem etiam cum remittor: non tanquam eun
dem lego. Quod te quoque ut facias & hortor & moneo. neque
enim debet operibus eius obeſſe quod uiuit. At ſi inter eos quos
nunq̄ uidimus floruiſſet: non ſolum libros eius: uerum etiam ima
gines conquireremus. Eiuſdem nunc honor præſentis & gloria
quaſi ſatietate langueſcit: & hoc prauum malignumque eſt non ad
mirari hominem admiratione digniſſimum: quia uidere alloqui
audire complecti: nec laudare tantum: uerum etiam amare contin
git. Vale.

C. Plinius Cornelio Cithiano Salutem.

St adhuc hominibus curæ fides & officium: Sunt q defun
ctorū quoq; amicos agant. Titinnius Capito ab imperato
re noſtro ĩpetrauit ut ſibi liceret ſtatuā. L. Syllani ĩ foro po
nere: pulchrum & magna laude dignum amicitia principis in hoc
uti: quātumq; gratia ualeas aliorū honoribus experiri: Eſt oĩo Ca
pitōi ĩ uſu claros colere: Mirū eſt qua religiōe: quo ſtudio: imagĩes
Brutoꝝ: Caſſioꝝ: Catonum domi ubi poteſt hēat: Idem clariſſimi
cuiuſq; uitā egregiis carminibus exornat: Scias ipſum pluribus uir
tutibus abūdare: qui alienas ſic amat: redditus eſt. L. Syllāo debitus
honor: cuius ĩmortalitati Capito ꝓſpexit pariter & ſuæ. Neque. n.
magis decorū & ĩſigne ē ſtatuam in foro populi romani habere: q̄
ponere. Vale.

C. Plinius Suetonio Tranquillo. Sal. D.

Cribis te ꝑterritū ſōnio uereri: ne qd aduerſi in actiōe patia
ris: rogas ut dilatōnē petā: & pauculos dies certe ꝓximū ex
cuſē: difficile ē ſed expiar: και γαρ το ναρ εκ Διοσ εςιν.
Refert tamē euētura ſoleas an cōtraria ſōniare: mihi reputāti ſom
niū meū: Iſtud quod times tu egregiā actiōem portēdere uidetur:
ſuſceperā cām Iulii paſtoris: cū mihi quieſcenti uiſa eſt ſocrus mea
aduoluta genibus ne agerē obſecrare. Et eram acturus adoleſcentu
lus adhuc. Erā in quadruplici iudicio. Erā contra potētiſſimos ciui
tatis: atq; etiam Cæſaris amicos. Quæ ſingula excutere mihi men
tem poſt tam triſte ſomnium poterāt. Egi tamē λογισαμενοσ
illud εισ οιωνοσ αριςοσ αμυνεσθαι περι πατρασ: Nam mihi
patria & ſi qd charius patria fides uidebat̃: ꝓſpere ceſſit: atq; iō illa
actio mihi aures hoīum: Illa ianuam famæ patefecit: ꝓinde diſpice
an tu quoq; ſub hoc exēplo ſōniū iſtud ĩ bonū uertas: Aut ſi tuti

us'putas illud cautiſſimi cuiuſq; pceptũ qđ dubites ne feceris:id ip ſũ reſcribe. Ego aliquã ſtrophã iueniã:agamq; cãm tuam ut ipſam agere tu cũ uoles poſſis. Eſt.n.ſãe alia rõ tua:alia mea fuit:nã iudiciũ cẽtũuirale differri nullo mõ:iſtud ægre qdẽ:ſed tamẽ põt. Vale

C. Plinius Romano Firmo Sal.

Vniceps tu meus & cõdiſcipulus:& ab ĩeunte ætate contubernalis:pater tuus:& matri & auũculo meo:mihi etiã quãtũ ætatis diuerſitas paſſa ẽ familiaris. magnæ & graues cauſæ:cur ſuſcipere augere dignitatẽ tuã debeã. Eſſe autẽ tibi centum miliũ cenſum ſatis indicat:quod apud nos decurio es. Igitur ut te nõ decurione ſolũ:uerũ ẽt equite Romão pfruamur:offero tibi ad iplẽdas equeſtres facultates. ccc. milia nummũ. Te memorẽ huius muneris amicitiæ nr̃æ diuturnitas ſpõdet. Ego ne illud qdẽ admoneo:quod admonere deberem:niſi ſcirẽ ſpõte facturum:ut dignitate a me data q̃ modeſtiſſime utare. nam ſolicitius cuſtodiendus eſt honor: in quo etiam beneficium amici tuendũ eſt. Vale.

C. Plinius Cornelio Tacito ſuo Sal.

Requens mihi diſputatio eſt cum quodam docto homine & perito:cui æque nihil in cauſis agẽdis ut breuitas placet. Quam ego cuſtodiendam eſſe cõfiteor:ſi cauſa permittat: alioquin præuaricatio eſt:tranſire dicenda:præuaricatio etiam curſim & breuiter attigere quæ ſint inculcãda:infigẽda:repetenda. Nã pleriſque longiore tractu uis quædam & põdus accedit: utque corpori ferrum: ſic oratio animo non ictu magis q̃ mora imprimit: Hic ille mecum auctoritatibus agit. Ac mihi ex græcis oratiões Lyſiæ oſtentat. Ex noſtris Gracchorum Catoniſq;:quorum ſane plurimæ ſunt circunciſæ & breues. Ego Lyſiæ Demoſthenem: Aeſchinẽ: Periclẽ:multoſque præterea Gracchis:& Catoni Pollionẽ:Cæſarẽ:Cæliũ:ĩ primis. M. Tullium oppono:cuius oratio optima fert̃ eſſe quæ maxima. Et hercule ut aliæ bonæ res:Ita bonus liber q̃ſq; melior eſt quo maior. Vides ut ſtatuas:ſigna:picturas:hominũ denique :multorumq; animalium formas: arborum etiam:ſi modo ſint decoræ:nihil magis q̃ amplitudo commendet. Idem orationibus euenit:quin & uoluminibus ipſis auctoritatẽ quãdã & pulchritudinẽ adiicit magnitudo. Hæc ille multaq; alia:quæ a me ĩ eãdem ſẽtẽtiã ſolẽt dici:ut eſt ĩ diſputãdo incõprehenſibilis & lubricus:ita eludit:ut cõtẽdat hos ipſos:quorum orationibus nitar pauciora dixiſſe: q̃ ediderint:Ego contra puto. Teſtes ſunt multæ multorum

orationes & Ciceronis pro Murena:& pro Vareno : ĩ qbus breuis
& quaſi nuda ſubſcriptio quorũdam criminũ ſolis titulis indicat̃:
ex his apparet illũ ꝑmulta dixiſſe:cum ederet omiſiſſe.Idẽ pro Clu
entio ait ſe totã cãm ueteri inſtituto ſolũ ꝑoraſſe.Et pro Cornelio
quatriduo egiſſe:ne dubitare poſſimus:quæ ꝑ plures dies ut neceſ
ſe erat latius dixerit:poſtea reciſa ac repurgata ĩ unum librũ grãdẽ
qdẽ unũ tamẽ coarctaſſe.At aliud eſt actio bona:aliud oratio.Scio
nõnullis ita uideri.Sed ego forſitan fallor:pſuaſum habeo poſſe ſie
ri:ut ſit actio bona:quæ non ſit bona oratio:nõ poſſe aũt nõ bonã
actionẽ eſſe:quæ nõ ſit bona oratio:eſt enim oratio actionis exem
plar & quaſi archetypõ.Ideo ĩ optima quaque mille figuras extẽpo
rales ĩuenimus:ĩ his ẽt q̃s tantũ editas ſcimus: ut ĩ Verrẽ:artificem
quẽ?Nã recte admones: Polycletũ eſſe dicebãt.Seqt̃ ergo ut actio
ſit abſolutiſſima:quæ maxime oratõnis ſimilitudinẽ expreſſerit:ſi
mõ iuſtũ & debitũ tẽpus acceperit:qđ ſi neget̃:nulla orõnis:maxĩa
iudicis culpa eſt.Adſunt huic opinioni meæ leges:quæ longiſſima
tẽpora largiũt̃:nec breuitatẽ dicẽtibus:ſed copiã:hoc eſt diligentiã
ſuadẽt:quã ꝑ̃ſtare niſi ĩ anguſtiſſimis cauſis nõ põt breuitas.Adiici
am quod me docuit uſus magiſter egregius:frequẽter egi:frequen-
ter iudicaui:frequenter in conſilio fui.aliud alios mouet.at plerũq;
paruæ res maxĩas trahũt:Varia ſunt hominũ iudicia : uariæ uolũ
tates.Inde q eãdẽ cãm ſimul audierũt:ſæpe diuerſum:ĩterdum idẽ.
Sed ex diuerſis animi motibus ſentiũt. præterea ſuæ qſq; ĩuẽtioni
fauet:& quaſi fortiſſimũ cõplectit̃:cũ ab alio dictũ eſt:qđ ipſe præ
uidit.oĩbus ergo dãdum eſt aliqd quod teneãt: qđ agnoſcãt. Dixit
aliquãdo mihi Regulus cũ ſimul adeſſemus : Tu oĩa quæ ſunt ĩ cã
putes exequẽda.Ego iugulũ ſtatim uideo.hũc premo:premit ſane
quod elegit:ſed ĩ eligẽdo frequenter errat.reſpõdi poſſe fieri:ut ge-
nu eſſet aut tibia aut talus ubi iugulũ putaret:at ego inquã q iugu
lum ꝓſpicere nõ poſſum:oĩa ꝑtento:oĩa experior:ϖαντα. Deniq;
λιθον κινω:utque ĩ cultura agri nõ uineas tantũ:ueꝝ ẽt arbuſta:
nec arbuſta tãtum:ueꝝ ẽt cãpos curo & exerceo:utque ĩ ipſis cam
pis:non far aut ſiliginẽ ſolam:ſed ordeũ fabam cæteraq; legumina
ſero:ſic in actione plura quaſi ſemina latius ſpargo:ut quæ ꝓuene
rint colligã.Neq; enim minus in pſpicua & ĩcerta fallacia ſunt iu-
dicũ ĩgenia: q̃ tẽpeſtatũ terrarũq;: nec me pterit ſũmũ oratorẽ Pe-
riclẽ ſic a comico Eupolide laudari. πειθωτισ υπεκαθητο τοισ
ρημασιν ουτωσ εκηλει και μονοσ των ρητορων το κεν

τρον ενκατελειπε τοῖς ἀκροωμένοις. Verum huic ipſi Pericli nec illa πειθω:nec illud βροντᾶν καὶ αστράπτειν breuitate uel uelocitate uel utraq;(differunt enim)ſine facultate ſumma cõtigiſſet:nã delectare:perſuadere copiam dicendi ſpaciumq; deſiderat. Relinquere uero Aculeum in audiẽtiũ animis is demum põt: qui non pũgit:ſed infigit. Adde quæ de eodem Pericle comicus alter ηστραπτε εβροντα ξυνεκυκατε παντα. Non enim amputata oratio & abſciſſa:ſed lata magnifica & excelſa tonat:fulgurat: omnia deniq; ꝑturbat ac miſcet:optimus tamẽ modus eſt:quis negat? Sed non minus non ſeruat modum qui infra rem:q̃ qui ſupra. Qui aſtrictius:q̃ qui effuſius dicit. Itaq; audis frequenter: ut illud immodice:& redundanter. Ita hoc ieiune & infirme:alius exceſſiſſe materiam: Alius dicitur nõ ĩpleſſe:æque uterque:Sed ille ĩbecillitate:hic uiribus peccat. Quod certe & ſi nõ limatioris:maioris tamẽ ĩgenii uitiũ ẽ:nec uero cũ hæc dico:illũ homericũ ꝓbo:αμε τροεπεα ſed hunc καὶ επεα νιφαδεσιν εοικοτα χειμερινσιν nõ qã nõ & ille mihi ualidiſſĩe placeat:παυρα μεν αλλα μαλα λιγεωσ. Si tamẽ deẽ electio illã plenã orationẽ ſimilẽ niuibus hibernĩs, id eſt crebrã aſſiduã & largã:Poſtrẽo diuinã & cæleſtẽ uolo. At eſt gratior multis actio breuis. Eſt quidem:ſed inertibus: quorum delitias deſidiamq; quaſi iudicium reſpicere ridiculum eſt. Nam ſi hos in conſilio habeas non ſolum ſatius eſt breuiter dicere: ſed omnino non dicere. Hæc eſt adhuc ſententia mea:quam mutabo ſi diſſenſeris tu. Sed plane cur diſſentias explices rogo. Quamuis enim credere tuæ auctoritati debeam: Rectius tamen arbitror in tanta re ratione q̃ auctoritate ſuperari. Proinde ſi non errare uideor id ipſum quam uoles breui epiſtola ſcribe. Confirmaueris enim iudicium meum:ſi errauero longiſſimam para:non corrupi te: qui tibi ſi mihi accederes:breuis epiſtolæ neceſſitatem: ſi diſſentires:longiſſimæ impoſui. Vale.

C. Plinius Plinio Paterno ſuo Salutem.

T animi tui iudicio: ſic oculorum plurimum tribuo: non quia multum ne tibi placeas: ſed quia tantum quantũ ego ſapis. qq̃ hoc quoque multum eſt. omiſſis iocis: credo decentes eſſe ſeruos:qui ſunt empti mihi ex conſilio tuo: ſupereſt ut frugi ſint. Quod de uenalibus melius auribus q̃ oculis iudicatur. Vale.

C. Plinius Catilio Seuero ſuo Salutem.

Iu iam in urbe hæreo:& quidem attonitus:pturbat me lõga & pertinax ualitudo Titi Ariſtõis:quẽ ſingulariter & miror & diligo:nihil eſt enim illo grauius:ſanctius:doctius:ut mihi nõ unus homo:ſed litteræ ipſæ:omneſque bonæ artes ĩ uno homine ſummum piculum adire uideant̃. Quã peritus ille & priuati iuris & publici?quantũ rerũ?quãtum exẽploꝝ?quantum antiquitatis tenet?nihil eſt qđ doceri uelis:qđ ille docere nõ poſſit.Mihi certe quotiẽs aliqd abditũ quæro:ille theſaurus ẽ. Nam quanta ſermõibus eius fides?quãta auctoritas?q̃ preſſa & decora cũctatio?quid eſt quod non ſtatim ſciat?& tamẽ plerunq; hæſitat:dubitat diuerſitate rationum:quas acri magnoq; iudicio ab origine cauſiſq; primis repetit:diſcernit:expendit.Ad hæc q̃ parcus in uictu: q̃ modicus in cultu. Soleo ipſum cubiculũ illius ipſumq; lectum ut imaginem quãdam priſcæ frugalitatis aſpicere.ornat hæc magnitudo animi:quæ nihil ad oſtentationem:omnia ad conſcientiam refert:recteque facti nõ ex populi ſermone mercedẽ:ſed ex facto petit.In ſumma nõ facile qs quẽquã ex iſtis qui ſapientiæ ſtudium habitu corporis præferunt:Huic uiro cõparabit.Nõ quidem gymnaſia ſectatur : aut porticus:nec diſputationibus longis aliorum ociũ ſuumq; delectat.Sed in toga negociiſq; uerſatur:multos aduocatiõe:plures cõſilio adiuuat.Nemini tamen iſtorum caſtitate:pietate:iuſtitia:fortitudine:& primo loco ceſſerit. Mirareris ſi intereſſes:qua patientia hanc ipſam ualitudinem toleret : ut dolori reſiſtat: ut ſitim differat:ut incredibilem febrium ardorem immotus opertuſque tranſmittat.Nuper me paucoſque mecum: quos maxime diligit aduocauit: rogauitque ut medicos conſuleremus: de ſumma ualitudinis:ut ſi eſſet inſuperabilis ſpõte exiret e uita.Si tamen difficilis & longa : reſiſteret : maneretque. Dandum enim precibus uxoris : dandum filiæ lachrymis: dandum etiam nobis amicis:ne ſpes noſtras ſi modo non eſſent inanes uoluntaria morte deſereret. Id ergo arduum in primis: & præcipua laude dignum puto. Nam impetu quodam & inſtinctu procurrere ad mortem commune cum multis. deliberare uero & cauſas eius expendere: utq; ſuaſerit ratio uitæ mortiſque conſilium ſuſcipere uel ponere: ingentis eſt animi: & medici quidem ſecunda nobis pollicentur. Supereſt ut promiſſis deus annuat. Tandemq; me hac ſolicitudine exoluat . Qua liberatus Laurentinum meum hoc eſt libellos & pugillares ſtudioſumq; ocium repetam.Nũc enim nihil legere:nihil ſcri

bere aut aſſidenti uacat:aut anxio libet. Habes quid timeam:quid optem:quid etiam in poſterum deſtinē. Tu quid egeris: quid agas: quid uelis agere inuicem nobis: ſed latioribus epiſtolis ſcribe. erit confuſioni meæ non mediocre ſolatium:ſi tu nihil quereris. Vale.

C.Plinius Pompeio Falconi Salu.

Onſulis an exiſtimem te in tribunatu cauſas agere decere: plurimum refert:quid eſſe tribunatum putes inanem umbram & ſine honore nomen: an poteſtatem ſacroſanctā: & quam in ordinem cogi:ut a nullo ita nec a ſe quidē deceat: Ipſe cū tribunus eſſem:errauerim fortaſſe:qui me aliquid putaui: ſed tanquam eſſem:abſtinui cauſis agendis.primū quod deforme arbitrabar cui aſſurgere:cui loco cedere omnes oporteret: hūc omnibus ſedentibus ſtare:& qui iubere poſſet tacere quencunq;: huic ſilentium clepſydra indici:& quē iterfari nefas eſſet:hūc etiā cōuitia audire.Et ſi multa patereť iertē:ſi ulciſcereť:iſolentē uideri. Erat hic quoq; æſtus:ſi āte oculos forte me appellaſſet:uel ille cui adeſſem: uel ille cōtra quē itercederē: & auxiliū ferrē:aut qeſcerē ſilerēq;:& quaſi eiurato magiſtratu priuatū ip̄e me facerē.His rationibus motus malui me tribunū oībus exhibere:q̄ paucis aduocatū. Sed tu: iterū dicā:plurimū itereſt: qd eſſe tribunatū putes. perſonam tibi imponas:quæ ſapienti uiro ita aptanda eſt ut præferatur. Vale.

C.Plinius Bebio Hiſpano ſuo Sal.

Ranquillus contubernalis meus uult emere agellum: quē uēditare amicus tuus diciť.Rogo cures quanti æquum eſt emat.Ita.n.delectabit emiſſe:nā mala ēptio ſemp̄ īgrata eſt: eo maxīe qđ exprobrare ſtultitiā domīo uideť.In hoc aūt agello ſi mō arriſerit pretiū Tranquilli mei ſtomachū multa ſollicitant uicinitas urbis:opportunitas uiæ:mediocritas uillæ:modus ruris q ad uocet magis q̄ diſtrīgat.Scholaſticis porro:ut hic ē ſufficit abunde tantū ſoli:ut releuare caput:refigere oculos:reptare p̄ limitē:unam ſemitā terere:oēſque uiticulas ſuas noſſe: & numerare arbuſculas poſſint.Hæc tibi expoſui:quo magis ſcires quantū ille eſſet mihi: ego tibi debiturus.Si prædiolū iſtud quod cōmendať his dotibus tam ſalubriter emerit:ut pœnitentiæ locum non relinquat. Vale.

C.Plinii.S.Nouocomenſis Epiſtolarū Liber Secūdus.

C.Plinius Romano ſuo ſalutē plurimam dicit.

Oſt aliquot ānos iſigne atq; ēt mēorabile populi Ro.oculis ſpectaculū exhibuit publicū funus Verginii Ruffi maxī &

clariſſimi ciuis & ꝑinde felicis. Trigĩta annis gloriæ ſuæ ſuperuixit.
Legit ſcripta de ſe carmina: Legit hiſtorias: & poſteritati ſuæ inter-
fuit. ꝑfunctus eſt tertio cõſulatu: ut ſummũ faſtigiũ priuati hoĩs
ĩpleret: cũ principis noluiſſet. Cæſares qbus ſuſpectus atq; etiã in-
uiſus uirtutibus fuerat euaſit: reliqt incolumem optimũ atq; ami-
ciſſimum tanq̃ adhuc ipſum honoré publici funeris reſeruatus: an
nũ tertium & octogeſimum exceſſit in altiſſima trãquillitate: pari
ueneratione: uſus eſt firma ualitudíe: niſi quod ſolebant ei manus
tremere: citra dolorem tamen: aditus tãtũ mortis durior lõgiorq;:
Sed hic ipſe laudabilis. Nam cũ uocem præpararet acturus in con
ſulatu principi gratias: Liber qué forte acceperat grandioré & ſeni
& ſtanti ipſo pondere elapſus eſt. Hũc dum cõſequitur: colligitq; ꝑ
leue & lubricũ pauimentum fallente ueſtigio cecidit: coxamq; fre
git: quæ parum apte collocata reluctante ætate male coit. Huius
uiri exequiæ magnum ornamentũ principi: magnum ſæculo: ma-
gnum etiam foro & roſtris attulerunt. Laudatus eſt a conſule Cor
nelio Tacito. Nam hic ſupremus cumulus fœlicitatis eius acceſſit
laudator eloquentiſſimus: & ille quidem plenus annis abiit: plenus
honoribus illis etiã quos recuſauit: nobis tamen quærendus ac de
ſiderandus eſt ut exẽplar æui prioris. Mihi uero præcipue: q illum
non ſolũ publice quantũ admirabar: tantũ diligebam. primũ quod
eadé utriq; regio municipia finitima utriq;: agri etiam poſſeſſiões-
que cõiunctæ: præterea ꝙ ille tutor mihi relictus affectũ parentis
exhibuit. Sic candidatum me ſuffragio ornauit: ſic ad omnes hono
res meos ex ſeceſſibus accurrit: cum iam pridem eiuſmodi officiis
renũciaſſet: ſic illo die quo ſacerdotes ſolét nominare quos digniſ-
ſimos ſacerdotio iudicant: me ſemp nominabat. Quin ét ĩ hac no
uiſſima ualitudine ueritus ne forte ĩter quinque uiros ipſe crearet̃:
q̃ minuẽdis publicis ſumptibus iudicio ſenatus cõſtituebant̃: Cũ
illi tot amici ſenes conſulareſq; ſupereſſent: me huius ætatis ꝑ qué
excuſaret̃ elegit: his qdem uerbis ét ſi filiũ haberé tibi mandarem.
Quibus ex cauſis neceſſe eſt tanquã ĩmaturam morté eius in ſinu
tuo defleam: ſi tamé fas eſt aut flere: aut omnino mortem uocare:
qua tanti uiri mortalitas magis finita q̃ uita eſt. Viuit enĩ uiuetq;
ſemp: atq; etiam latius in memoria hominum & ſermone uerſabi-
tur poſtquam ab oculis receſſit. Volui tibi multa alia ſcribere: ſed
totus animus ĩ hac una cõtemplatiõe defixus eſt. Verginiũ cogito:
Verginiũ uideo: Verginiũ iam uariis imaginibus recẽtibus tamen

audio:alloquor: teneo. cui fortaſſe aliquos ciues uirtutibus pares & habemus & habebimus:gloria neminem. Vale.

C. Plinius Paulino ſuo ſalutem.

Raſcor:nec liquet mihi an debeã: ſed iraſcor:ſcis quam ſit amor iniquus ĩterdũ: impotens ſæpe: μικραιτιος ſemper. hæc tamẽ cã magna eſt neſcio an iuſta:ſed ego tanq̃ nõ minus iuſta q̃ magna ſit:grauiter iraſcor.qđ a te tã diu litteræ nullæ: exorare me potes uno mõ.ſi nũc ſaltẽ plurimas & lõgiſſimas miſeris.hæc mihi ſola excuſatio uera:cæteræ falſæ uidebuntur:nõ ſum auditurus:non eram Romæ:uel occupatior eram: illud enĩ nec dii ſinant ut infirmior:ipſe ad uillam partim ſtudiis partim deſidia fruor quorum utrunq; ex otio naſcitur.

C. Plinius Nepoti ſuo ſalutem.

Agna Iſæũ fama pceſſerat:maior inuẽtus eſt:ſumma eſt facultas:copia:ubertas:dicit ſemp ex tẽpore:Sed tanquã diu ſcripſerit.ſermo græcus imo atticus pfationes terſæ: graciles:dulces:graues interdũ & erectæ:poſcit controuerſias plures: electionẽ auditoribus pmittit:Sæpe ẽt paratus ſurgit.Iam ergo ĩcipit. Statim oĩa ac pene pariter ad manũ:ſenſus recõditi.Occurſant uerba:ſed qualia? quæſita & exculta:multa lectio ĩ ſubitis:multa ſcriptio elucet: pœmiatur apte:narrat apte:pugnat acriter:colligit fortiter:ornat excelſe.Poſtremo docet:delectat: afficit. Quod maxĩe dubites crebra ενθυμηματα crebri ſyllogiſmi circunſcripti & effecti: quod ſtilo quqoue aſſequi magnũ eſt. Incredibilis memoria:repetit altius quæ dixit ex tẽpore.ne uerbo qdẽ labitur:ad tãtã εξιν ſtudio & exercitatõe puenit.Nã diebus & noctibus nihil aliud agit:nihil audit:nihil loquit᷑: ãnum ſexageſimum exceſſit & adhuc ſcholaſticus tantũ eſt:quo genere hoĩum nihil aut ſimplicius aut ſincerius aut melius.nos uero q in foro uerisq; litibus terimur multũ malitiæ(quãuis nolumus)addiſcimus ſchola & auditorium ut ficta cã res inermis ĩnoxia eſt:nec minus felix ſenibus pſertim: Nam qd in ſenectute fœlicius q̃ qđ dulciſſimũ eſt in iuuẽta? Quare ego Iſæum nõ diſertiſſimum tantũ:uer℞ etiam beatiſſimum iudico: quẽ tu niſi cognoſcere cõcupiſcis ſaxeus ferreuſq; es.pinde ſi nõ ob alia noſq; ipſos:at certe ut hũc audias ueni. Nunq̃ ne legiſti Gaditanũ quendã Titi Liuii noĩe gloriaq; cõmotũ ad uiſendũ eũ ab ultimo terra℞ orbe ueniſſe:ſtatiq; ut uiderat abiſſe? αφιλοκαλον.Illitteratum ĩers ac pene ẽt turpe eſt nõ putare.tanti cognitõ

nẽ:qua nulla ẽ iucũdior:nulla pulchrior:nulla deniq; humanior:di
ces:hẽo hic quos legã nõ minus diſertos ẽt:ſed legendi ſemp occa-
ſio ẽ:audiẽdi nõ ſemp:ꝑterea multomagis ut uulgo dicit̃ uiua uox
afficit:Nam licet acriora ſint quæ legas:altius tamẽ ĩ aĩo ſedẽt:quæ
ꝓnunciatio:uultus: habitus:geſtus ẽt dicẽtis affigit:niſi uero falſũ
putamus illud Aeſchynis:q cũ legiſſet rhodiis orationẽ Demoſthe
nis:admirãtibus cũctis adieciſſe fert̃:τίΔε ἔι ἀυτου τοῦ θηρίου
ἀκηκοειτε.erat Aeſchynes ſi Demoſtheni credimus μικροφωνό
τατοσ fatebat̃ tamẽ longe melius eadẽ illa ꝓnũciaſſe ipſum ꝗ pe
ꝑat:ꝗ̃ oĩa huc tẽdũt ut audias Iſæũ uel iõ tantũ ut audieris. Vale

C.Plinius Caluiniæ ſuæ ſalutem.

I pluribus pr̃ tuus:uel uni cuilibet aliqua ẽt mihi debuiſſet:
fuiſſet fortaſſe dubitandũ an adires hæreditatẽ ẽt uiro gra
uẽ.Cũ uero ego adductus affinitatis officio dimiſſis oĩbus:
ꝗ nõ dico moleſtiores:ſed diligẽtiores erant creditor ſolus extiterĩ:
cũq; uiuente eo nubẽti tibi ĩ dotẽ cẽtũ milia cõtulerĩ:ꝑter eã ſum
mã quã pr̃ tuus ꝗ̃ſi de meo dixit:erat.n. ſoluenda de meo: Magnũ
habes facilitatis meæ pignus:cuius fidutia debes famã defuncti pu
dorẽq; ſuſcipe:ad qđ ne te magis uerbis ꝗ̃ rebus horter:Quicquid
pater tuus mihi debuit:acceptũ tibi fieri iubeo.Nec eſt qđ uerearis
ne ſit mihi iſta oneroſa dõatio:Sunt quidem nobis oĩo modicæ fa
cultates:dignitas ſumptuoſa:reditus propter cõditionem agelloꝶ
neſcio minor an ĩcertior.Sed quod ceſſat ex reditu:frugalitate ſup
pletur:ex qua uelut ex fonte liberalitas nr̃a decurrit. Quæ tamen
ita temperanda eſt:ne nimia ꝓfuſione iareſcat. Sed temperanda in
aliis:in te uero facile ratio conſtabit:etiam ſi modum exceſſerit.

C.Plinius Luperco ſuo ſalutem.

Ctionẽ frequẽter & a te efflagitatã & a me ſemp ꝓmiſſã ex
hibui tibi:nõdũ tamen totã:adhuc.n. ps eius ꝑpolit̃. Interi
quæ abſolutiora mihi uidebant̃:nõ fuit alienũ iudicio tuo
traditũ iri.Rogo intẽtionẽ ſcribẽtis accõmodes:nihil.n.adhuc ĩter
manus habui:cui maiorẽ ſollicitudinẽ ꝑſtare deberẽ. Nam ĩ cæte-
ris actiõibus exiſtimatiõi hoĩum diligẽtia tantũ & fides nr̃a:in hac
ẽt pietas ſubiiciet̃.Inde & liber creuit dũ ornare patriã & ãplificare
gaudemus:pariterq; & defenſioni eius deſeruimus & gloriæ:Tu ta
men hæc ipſa quantũ ratio exegerit reſeca.Quotiens enim ad faſti
dium legentiũ delitiaſq; reſpicio:ĩtelligo nobis cõmẽdationẽ libri
ex ipſa mediocritate petendã.Idẽ tamẽ ꝗ a te hãc auſteritatẽ exigo:

ærario cẽſuit īferẽdũ:Bebius Macer hæredibus dandum:obtinuit Strabo:tu lauda Marcellinũ ut ego ſtatī feci:q̃uis enī abunde ſuffi ciat illi q̄ ē a principe & a ſenatu ꝓbatus:gaudebit tamen teſtimo nio tuo:omnes enim q̄ gloria famaq; ducunt̃ mirꝫ ī modum aſſen ſio & laus a minoribus etiã ꝓfecta delectat: Te uero Marcellinus ita uereẽ:ut iudicio tuo plurimum tribuat:accedit his:quod ſi co gnorit factum ſuũ iſto uſq; penetraſſe:neceſſe eſt laudis ſuæ ſpatio & curſu & peregrinatione læteẽ. Etenim neſcio quo pacto uel ma gis homines iuuat gloria lata quam magna. Vale.

C. Plinius Tacito ſuo Salutem.

Aluum te ī urbem ueniſſe gaudeo:ueniſti autē ſi quãdo ali as nunc mihi maxime deſideratus:ipſe adhuc pauculis die bus in tuſculano cõmorabor:ut opuſculum qđ eſt ī mani bus abſoluã. Vereor enim ne ſi hanc ītentionē iam ī finē laxauero ægre reſumã:interim ne qd feſtinatiõi meæ pereat:quod ſum præ ſens petiturus hac q̃ſi præcurſoria epiſtola rogo. ſed prius accipe cauſas rogandi:deīde ipſum quod peto:proxime cum ī patria mea fui uenit ad me ſalutãdũ municipis mei filius ṗtextatus:ego huic ſtudes īquam:reſpõdit etiã:ubi? Mediolani:cur nõ hic? & pater eius (erat enim una:atq; etiã ipſe adduxerat puerꝫ)quia nullos hic ṗce ptores habemus. quare nullos? nã uehemẽter ītererat ueſtra q̄ pa tres eſtis & opportune cum plures patres audiebãt liberos ueſtros hic potiſſimũ diſcere. Vbi enī aut iucũdius morarent̃ quã in patria aut pudicius cõtinerent̃ quã ſub oculis parẽtũ aut minore ſumptu quã domi. quãtulũ eſt ergo collata pecunia cõducere præceptores: quod nũc in habitatiões ī uiatica in ea quæ peregre emunt̃ īpendi tis adiicere mercedibus:atq; adeo ego q̄ nundũ liberos habeo para tus ſum ꝓ rep. noſtra q̃ſi pro filia uel parẽte tertiã partẽ eius quod cõferre uobis placebit dare. Totum etiã pollicerer:niſi timerem ne hoc munus meũ quãdoq; ãbitu corrũpet̃ ut accidere multis ī locis uideo in q̄bus præceptores publice cõducunt̃: huic uitio occurri uno remedio poteſt ſi parẽtibus ſolis ius cõducẽdi relinquat̃. iiſdẽ religio recte iudicãdi neceſſitate collationis addat̃. Nam q̄ fortaſſe de alieno negligẽtes certe de ſuo diligẽtes erunt. dabuntq; operam ne a me pecuniam non niſi dignus accipiat:ſi accepturus:& ab his erit:proīde cõſpirate conſentite:maioréq; animũ ex meo ſumite q̄ cupio eē quãplurimũ qđ debeã cõferre:nihil honeſtius præſtare li beris ueſtris nihil gratius patriæ poteſtis:educent̃ hic q̄ hic naſcũ-

tur: ſtatimq; ab íſantia natale ſolum amare frequētare cōſueſcant. atq; utinam tam claros præceptores íducatis ut in finitimis oppidis hinc ſtudia petant: utque nūc liberi noſtri aliena í loca: ita mox alieni hūc in locū confluant. Hæc putaui altius & q̄ſi a fonte repetēda: quo magis ſcires q̄ gratum mihi foret: ſi ſuſciperes quod iniūgo: Iniungo aūt: & pro rei magnitudine rogo: ut ex copia ſtudioꝝ quæ ad te ex admiratiōe ingenii tui cōuenit circūſpicias præceptores quos ſolicitare poſſimus ſub ea tamē cōditiōe: ne cui fidem meam obſtrigā: oīa enim libera parētibus ſeruo. Illi iudicēt: illi eligāt: ego mihi curā tantū & īpendiū uindico. Proīde ſi quis fuerit repertus qui ingenio ſuo fidat: eat illuc ea lege ut hinc nihil aliud certū q̄ fidutiam ſuam ferat. Vale.

C. Plinius Paterno ſuo Salutem.

V fortaſſe orōnem ut ſoles & flagitas & expectas: At ego q̄ſi ex aliq̄ peregrina delicataque merce luſus meos tibi ꝓdo: Accipies cū hac epiſtola hendecaſyllabos noſtros: qbus nos in uehiculo í balneo íter cœnā oblectamus ociū tēporis: his iocamur ludimus: amamus: dolemus: querimur: iraſcimur: deſcribimus aliqd mō: altius mō preſſius: atq; ipſa uarietate tētamus efficere: ut aliis alia quædam fortaſſe oībus placeant: Ex qbus tamē ſi nōnulla tibi paulo petulātiora uidebunt: erit eruditōis tuæ cogitare ſūmos illos & grauiſſimos uiros q talia ſcripſerunt nō modo a laſciuia rerum: ſed ne uerbis qdē nudis abſtinuiſſe: quæ nos refugimus nō qa ſeueriores: unde enim: ſed qa timidiores ſumus: ſcimus alioqn huius opuſculi illā eē ueriſſimā legē: quam Catullus exp̄ſſit Nā caſtum eſſe decet pium poetā ipſum: uerſiculos nihil neceſſe ē: qui tunc deniq; habent ſalem & leporem: ſi ſunt molliculi & parū pudici. Ego quāti faciam iudicium tuū uel ex hoc potes æſtimare: qd malui omnia a te pēſitari: q̄ electa laudari. & ſane quæ ſunt cōmodiſſima deſinunt uideri cum paria eē cœperūt. Præterea ſapiēs ſubtiliſq; lector debet non diuerſis conferre diuerſa: ſed ſingula expēdere: nec deterius aliud putare quod eſt í ſuo genere ꝑfectū. Sed quid ego plura? Nam longiore præfatione uel excuſare uel cōmendare ineptias ineptiſſimum eſt. Vnum illud prædicēdum uidet cogitare me has nugas ita íſcribere hēdecaſyllabi: q titulus ſola metri lege cōſcribit. Proinde ſiue epigrāmata ſiue edulia ſiue æglogas ſiue (ut multi) poemata ſeu qd aliud uocare malueris: Licebit uoces. Ego tātū hēdecaſyllabos ꝓſto: a ſimplicitate tua peto qd de libello

meo dicturus es aliis mihi dicas:neq; ē difficile qđ poſtulo.Nam ſi hoc opuſculū noſtrū aut potiſſimū eét:aut ſolū poſſet duꝝ uideri dicere.Quære qd agas.Molle & humanū é.habes qđ agas.Vale.

C.Plinius Fundano ſuo Salutem:

I quid omnino:hoc certe iudicio facio quod Aſiniū Ruffū ſingulariter amo:Eſt hō eximius & bonoꝝ amantiſſimus. Cur enī nō me quoq; īter bonos numeré?Idé Corneliū Tacitū:ſcis qué uirū ? arcta familiaritate cōplexus é:proinde ſi utrūq; noſtrū ꝓbas:de Ruffo quoq; neceſſe eſt idé ſentias:quū ſit ad connectendas amicitias uel tenaciſſimū uinculū moꝝ ſimilitudo. Sūt ei liberi plures:Nā ī hoc quoq; functus é optimi ciuis officio quod fœcūditate uxoris large frui uoluit eo ſæculo:quo pleriſq; etiá ſingulos filios orbitatis præmia graues faciūt:qbus ille deſpectis aui quoq; nomen aſſumpſit:eſt.n.auus & qdé ex Saturio Firmo:quem diliges:ut ego:ſi ut ego ꝓpius īſpexeris.Hæc eo ꝑtinét ut ſcias q̄ copioſam q̄ numeroſá domū uno beneficio ſis obligaturus:ad quod petédū uoto primū:deinde bono quodá omine adducimur. Optamus enim tibi:ominamurq; ī ꝓximū ānum conſulatū:Ita nos uirtutis tuæ:Ita iudicia principis augurari uolūt.Concurrit autem ut ſit eodé āno quæſtor maximus ex liberis Ruffi Aſinius Baſſus iuuenis:neſcio an dicá quod me pater & ſentire & dicere cupit.adoleſcētis uerecūdia uetat ipſo patre melior.difficile eſt ut mihi de abſente credas:q̄q̄ credere ſoles oīa.tātum in illo īduſtriæ:probitatis:eruditiōis:ingenii:ſtudii:memoriæ deniq; eſſe:quantū exꝑtus inuenies.Vellem tá ferax ſæculū bonis artibus haberemus:ut aliquos Baſſo præferre deberes.Tum ego te primus hortarer moneréq; circūferres oculos:ac diu péſitares qué potiſſimū eligeres: Hūc uero ſed nihil uolo de amico meo arrogātius dicere:hoc ſolum dico dignum eſſe iuuené:qué more maioꝝ in filii locū aſſumas. Debent āt ſapiētes uiri ut tu:tales a rep.liberos accipe:q̄les a natura ſoléus optare.Decorus erit tibi cōſuli quæſtor patre prætorio:ꝓpinqs cōſularibus:qbus iudicio ipſoꝝ q̄q̄ adoleſcétulus adhuc iá tamé ſui cé ornaméto é.Proīde īdulge p̄cibus meis.obſequere cōſilio:& āte oīa ſi feſtinare uideor ignoſce:primū quia uotis ſuis amor plerūq; præcurrit.Deīde quod ī ea ciuitate ī q̄ oīa q̄ſi ab occupātibus agūtur:quæ legitimū tp̄s expectāt nō matura ſed fera ſūt.In ſūma qđ reꝝ q̄s aſſeq cupias præſumptio ipſa iucūda é.reuereat̄ iam te Baſſus ut conſulem.Tu dilige illū ut quæſtorem.Nos deniq; utriuſq;

ueſtrum amantiſſimi duplici lætitia pfruamur:etenim cũ ſic te:ſic Baſſum diligamus:ut & illũ cuiuſcũq; & tuũ quẽcũq; quæſtorem ĩ petẽdis honoribus omni ope:omni labore: omni gratia ſimus ad iuuaturi:perq̃ iucũdũ nobis erit ſi in eũdẽ iuuenẽ ſtudiũ noſtrũ & amicitiæ noſtræ & cõſulatus tui ratio cõtulerit:ſi deniq; precibus meis tu potiſſimũ adiutor acceſſeris: cuius ſenatus & ſuffragio libentiſſime ĩdulgeat: & teſtimonio plurimum credat. Vale.

C. Plinius Valerio Paulino Salutem.

Aude meo:gaude tuo: gaude ẽt publico nomĩe. Adhuc honor ſtudiis durat. proxime cum dicturus apud cẽtumuiros eſſem:adeundi mihi locus niſi a tribunali: niſi p ipſos iudices non fuit:tãta ſtipatione cætera tenebãť: Ad hoc qdam ornatus adoleſcens ſciſſis tunicis:ut ĩ frequẽtia ſolet fieri:ſola uelatus toga pſtitit & qdem horis ſeptem. Nam tãdiu dixi: magno cum labore maiore cum fructu. Studeamus ergo nec deſidiæ noſtræ prætendamus alienã. ſunt q audiãt:ſunt qui legãt: nos modo dignum aliqđ auribus:dignum chartis elaboremus. Vale.

C. Plinius Gallo ſuo Salutem.

Dmones:& rogas ut ſuſcipiã abſentis Corelliæ cauſam contra. C. Cæcilium cõſulem deſignatum. Quod admones:gratias ago q̧ rogas queror:admõeri enim debeo:ut ſciã. rogari non:ut faciam quod mihi non facere turpiſſimum eſt:an ego tueri Corelli filiam dubitem? Eſt mihi quidem cum iſto cõtra quem me aduocas non plane familiaritas:ſed tamẽ amicitia. Accedit huc dignitas hominis:atq; hic ipſe cui deſtinatus ẽ honor: Cuius nobis hoc maior agenda reuerentia eſt:qđ iam illo functi ſumus. Naturale eſt enim: ut ea quæ quis adeptus eſt: ipſa q̃ ampliſſima exiſtimari uelit:Sed mihi cogitanti adſutu℞ Corelli filiæ: omnia iſta frigida & inania uidenť. Obuerſatur oculis ille uir:quo neminẽ ætas noſtra grauiorem:ſanctiorem:ſubtiliorem deniq; tulit. quem ego cũ ex admiratione diligere cœpiſſem quod euenire cõtra ſolet magis admiratus ſum poſtq̃ penitus inſpexi:Inſpexi enim penitus: nihil ame ille ſecretum:nõ ioculare:nõ ſerium: non triſte:non lætũ: Adoleſcentulus eram etiam mihi ab illo honor atq; etiam audebo dicere etiam reuerentia ut ab æquali habebať. Ille meus in petẽdis honoribus ſuffragator & teſtis:ille in ĩchoãdis deductor & comes. ille in gerendis conſiliator & rector:ille deniq; in omnibus officiis noſtris quanquam & imbecillus & ſenior quaſi iuuenis & ualidus

conſpiciebatur. Quantum ille famæ meæ domi: in publico: quantum etiam apud principem adſtruxit. Nam cũ forte de bonis iuuenibus apud Neruam Imperatorem ſermo incidiſſet: & pleriq; me laudibus ferrent: Pauliſper ſe intra ſilentium tenuit: quod illi plurimum auctoritatis addebat: deinde grauitate quam noras: neceſſe ē inquit parcius laudem Secundũ: quia nihil niſi ex conſilio meo facit: Qua uoce tribuit mihi quãtum petere uoto in modicum erat: nihil me facere non ſapientiſſime: cum omnia ex conſilio ſapientiſſimi uiri facerem: Quin etiã moriens filiæ ſuæ ut ipſa ſolet p̄dicare multos quidem amicos tibi in longiore uita paraui: Præcipuos tamen Secundum & Cornutum. Quod dum recordor intelligo mihi laborandum: ne qua parte uidear hanc de me fiduciam prouidentiſſimi uiri deſtituiſſe. Quare ego uero Coreliæ adero promptiſſime: nec ſubire offenſas recuſabo. quanquam non ſolum ueniam me: uerum etiam laudem apud iſtum ipſum a quo ut ais noua lis fortaſſe ut fœminæ intenditur: arbitror conſecutuꝝ: ſi hæc eadem in actione latius ſcilicet & uberius quã epiſtolarum anguſtiæ ſinunt contigerit mihi uel in excuſationem uel etiam in commendationem meam dicere. Vale.

C. Plinius Antonio ſuo ſalutem.

Vemadmodum magis approbare tibi poſſum quantopere miror Epigrãmata tua græca quã q̄d quædam æmulari latine & exprimere tẽtaui. In deterius q̄dẽ accidit hoc: primũ imbecillitate ĩgenii mei: deĩde ĩopia ac potius ut Lucretius ait egeſtate patrii ſermonis. Quod ſi hæc & quæ ſunt latina & mea habere tibi aliquid uenuſtatis uidebunt: quantum putas ineſſe eis gratiæ: quæ mihi & a te & græce proferuntur? Vale.

C. Plinius Hiſpullæ ſuæ ſalutem.

Vm ſis pietatis exẽplum: fratremq; optimũ & amãtiſſimũ tui pari caritate dilexeris: filiamq; eius ut tuã diligas: nec tãtum amitæ eius uerum etiam patris amiſſi effectũ repræſẽtes: non dubito maxĩo tibi gaudio fore: cũ cognoueris dignã p̄re: dignã te: dignã auo euadere. Sũmũ ẽ acumẽ: ſũma frugalitas: amat me q̄d caſtitatis indiciũ eſt. Accedit his ſtudiũ litteraꝝ: q̄d ex mei caritate cõcepit. Meos libellos hẽt: lectitat: ediſcit ẽt. Qua illa ſollicitudine: cũ uideor acturus: quãto cũ egi gaudio afficit? Diſpõit q nũcient ſibi quẽ adſenſum: quos clamores excitarim: quẽ euentũ iudicii tuleri. Eadem ſi quando recitem in ꝓximũ diſcreta uelo ſe

det laudeſq; nr̃as auidiſſimis auribus excipit:uerſus qdẽ meos can-
tat & forma atq; cithara nõ artifice aliquo docẽte:ſed amore q ma
giſter eſt optius. His & cauſis i ſpẽ certiſſimã adducor ꝑpetuam no
bis maioreq; idies futurã eſſe cõcordiã. Nõ.n.ætatẽ meam aut cor
pus quæ paulatĩ occidũt ac ſeneſcũt:ſed gloriã diligit:Nec aliud de
cet tuis mãibus educatã:tuis ꝓceptis iſtitutã: quæ nihil i cõtuber
nio tuo uiderit niſi ſanctũ honeſtumq;: Quæ deniq; amare me ex
tua ꝑdicatiõe cõſueuerit. Nã cũ matrẽ meã parẽtis loco uenerere:
me a pueritia ſtatĩ formare laudare taleq; qualis nunc uxori meæ
uideor ominari ſolebas. Certatim ergo tibi gratias agimus. Ego
qđ illã mihi illa quod me ſibi dederis quaſi inuicem elegeris. Vale.

C. Plinius Nonio maximo ſuo ſalutem.

Vid ſenſeri de ſingulis libris tuis notũ tibi ut quẽq; ꝑlege-
rã feci. Accipe nũc qd de uniuerſis generaliter iudicem. Eſt
opus pulchrum:ualidũ:acre:ſublime:uarium:elegãs: purũ:
figuratũ: ſpatioſũ ẽt & cũ magna tua laude diffuſũ. In quo tu inge
nii ſimul doloriſq; uelis latiſſime uectus es:& horum utrũque in-
uicem adiumento fuit. Nam dolori ſublimitatem & magnificenti
am ingenium:ingenio uim & amaritudinẽ dolor addidit. Vale.

C. Plinius Velio Cereali ſuo ſalutem.

Riſtem & acerbũ caſum Heluidiarũ ſororũ: utraq; a partu
utraq; filiam enixa deceſſit. afficior dolore:(nec tamen ſu-
pramodũ doleo):Ita mihi luctuoſum uidetur:quod puellas
honeſtiſſimas in flore primo fœcunditas abſtulit. Angor infantiũ
ſorte quæ ſunt parẽtibus ſtatim & dũ naſcunt̃ orbatæ. Angor opti
morũ maritorũ:angor etiam meo noĩe:Nã patrem illarũ defunctũ
quoq; ꝑſeuerantiſſime diligo:ut actione mea libriſq; teſtatũ ẽ. Cui
nũc unus ex tribus liberis ſupeſt:domumq; pluribus adminiculis
paulo ante fũdatam deſolatus fulcit:ac ſuſtinet: Magno tamẽ fo-
mẽto dolor meus acquieſcet:ſi hũc ſaltẽ fortẽ & incolumẽ pareq;
illi patri:illi auo fortuna ſeruauerit:Cuius ego ꝓ ſalute ꝓ moribus
hoc ſum magis anxius:quod unicus factus eſt. noſti in amore mol
litiã aĩ mei:noſti metus: Quo minus te mirari oportebit quod plu
rimum timeam de quo plurimum ſpero. Vale.

C. Plinius Sempronio Ruffo ſuo ſalutem.

Nterfui principis optimi cognitiõi in conſiliũ adſumptus:
gymnicus agon apud Viennenſes ex cuiuſdam teſtamento
celebrabatur. Hunc Trebonius Ruffinus uir egregius nobiſque

amicus in duumuiratu ſuo tollendum:abolendumq; curauit. Negabat ex auctoritate publica feciſſe. Egit ipe cauſam nō minus fœliciter q̄ diſerte. Cōmendabat actiōem qđ tāq̄ hō romanus & bōus ciuis in negocio ſuo & mature & grauiter loquebaẗ. Cū ſententiæ ꝓgarenẗ:dixit Iunius Mauricus quo uiro nihil firmius nihil uerius:non eſſe reſtituēdū Vienenſibus agona:adiecit:uellem ēt tolli poſſet Romæ.cōſtanter inqs & fortiter. Quidni? Sed hoc fortiter Maurico nouum nō eſt. Idem apud Neruam Impatorem nō mīus fortiter. Cœnabat Nerua cum paucis. Veiento recumbebat ꝓxius atq; etiam in ſinu. Dixi omnia. Cum hominem noīaui incidit ſermo de Catullo Meſſallino:q luminibus orbatus ingenio ſæuo mala cæcitatis addiderat:nō uerebaẗ:nō erubeſcebat:non miſerabaẗ. quod ſæpius a Domitiano nō ſecus ac tela quæ & ipſa cæca & īprouida ferunẗ in optimū queq̄ cōtorquebat. De huius neq̄tia ſanguinariiſq; ſententiis in cōe oēs ſup cœnam loquebanẗ. Tū ipſe Impator. Quid putamus paſſuꝝ fuiſſe ſi uiueret? Mauricus nobiſcū cœnaret. longius abii. Libens tamen. placuit agona tolli: q mores Vienenſium infecerat:ut noſter hic omnium. Nam Vienenſium uitia intra ipſos reſidunt:noſtra late uagantur. Vtq; ī corporibus:ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus:qui a capite diffundiẗ. Vale.

C. Plinius Pomponio Baſſo ſuo ſalutem.

Agnam cepi uoluptatem: cū ex coībus amicis cognoui te ut ſapientia tua dignū eſt & diſponere ocium & ferre:habitare amœniſſime: & nunc terra nunc mari corpus agitare: multū diſputare:multū audire:multū lectitare. Cūq; plurimū ſcias:quotidie tamē aliqd addiſcere. Ita ſeneſcere oportet uiꝝ q magiſtratus āpliſſios geſſerit:exercitus rexerit:totūq; ſe reip. quādiu decebat optulerit. Nam & pria uitæ tp̄a & media patriæ:extrema nobis īpartire debemus:ut ipſæ leges monēt:quæ maiorē annis ocio reddūt. Quando mihi licebit? quando p ætatē honeſtum erit imitari iſtud pulcherrimæ quietis exemplum? quando ſeceſſus mei nō deſidiæ nomen:ſed tranquillitatis accipient? Vale.

C. Plinius Fabio Valenti ſuo ſalutem.

Roxime cū apud cētūuiros in q̄druplici iudicio dixiſſem: ſubit recordatio egiſſe me iuuenem:æque in q̄druplici. proceſſit animus ut ſolet lōgius:cœpi reputare quos in hoc iudicio:quos ī illo ſocios laboris habuiſſem. Solus erā q in utroq; dixiſſem:tantas conuerſiōes aut fragilitas mortalitatis aut mobilitas

fortunæ facit. Quidá ex iis q tunc egerant deceſſerũt: exulát aliis: huic ætas & ualitudo ſilentiũ ſuaſit: hic ſpõte beatiſſimo ocio fruitur. alius exercitũ regit: illũ ciuilibus officiis prícipis amicitia exemit: Circa nos ipſos q̃ multa mutata ſunt: ſtudiis piclitati ſumus. Rurſuſq; pceſſimus: pfuerũt nobis amicitiæ bonoꝝ & obfuerũt: iterumq; proſunt. Si compures annos: exiguum tẽpus. ſi uices reꝝ: æuum putes. Quod poteſt eſſe documento nihil deſperare: nulli rei fidere: cum uideamus tot uarietates tam. uolubili orbe circunagi. Mihi autem familiare eſt omnes cogitationes meas tecum cõmunicare: iiſdemq; te uel præceptis: uel exemplis monere: quibus ipſe me moneo: quæ ratio huius epiſtolæ fuit. Vale.

C. Plinius Meſio Maximo ſuo ſalutem.

Cripſerá tibi uerendũ eſſe: ne ex tacitis ſuffragiis uitium aliqđ exiſteret: factũ eſt pximis comitiis in qbuſdá tabellis multa iocularia atq; ẽt fœda dictu: í una uero p candidatorũ noĩbus ſuffragatoꝝ noĩa iuẽta ſunt. Excáduit ſenatus magnoq; clamore & qui ſcripſiſſet iratum prícipem eſt cõprecatus. ille tamẽ feſellit & latuit fortaſſe etiam inter indignantis fuit. Quid hũc putamus domi facere: qui in tanta re tam ſerio tempore tam ſcurriliter laudat? Qui deniq; omnino in ſenatu dicax & urbanus & bellus eſt: tantum licentiæ prauis ingeniis adiicit illa fiducia. Quis enĩ ſciet? popoſcit tabellas: ſtilum accepit: dimiſit caput: neminem ueretur: ſed contemnit. Inde iſta ludibria ſcæna & pulpito digna quo te uertas: quæ remedia cõquiras? ubiq; uitia remediis fortiora αλλα ταυτα των περι ημας μελησει. Cui multum quotidie uigiliarum: multum laboris adiicit hæc noſtra iners ſed tamen effrænata petulantia. Vale.

C. Plinius Nepoti ſuo ſalutem.

Etis ut libellos meos quos ſtudioſiſſime comparaſti recognoſcendos emendandoſq; curem. faciam. quid enim ſuſcipere libentius debeo te præſertim exigente? Ná cũ uir grauiſſimus: doctiſſimus: diſertiſſimus ſuper hæc occupatiſſimus maximæ prouintiæ præfuturus tanti putes ſcripta noſtra circunferre tecum. Quantopere mihi prouidendum eſt ne te hæc pars ſarcinarum tanquam ſuperuacua offendat. Adnitar ergo primũ ut comites iſtos quácommodiſſimos habeas deinde ut reuerſus inueniаs quos uelis iſtis addere. Neq; enim mediocriter me ad noua opa tu lector hortaris. Vale.

C.Plinius Falconi ſuo ſalutem.

Ertius dies eſt quo audiui recitãtem Sentiũ Auguriũ cum ſũma mea uoluptate imo ẽt admiratiõe. poematica appellat:multa tenuiter:multa ſublimiter:multa uenuſte: multa tenere:multa dulciter:multa cũ bile. Aliquot ãnis puto nihil generis eiuſdem abſolutius ſcriptum:niſi forte me fallit aut amor eius: aut qđ me ipſum laudibus euexit. Nam lemma ſibi ſumpſit: quod ego interdum uerſibus ludo. Atq; adeo iudicii mei te iudicẽ faciã: ſi mihi ex hoc ipſo lẽmate ſecũdus uerſus occurrerit:nam cæteros teneo:& iam explicui. Canto carmina uerſibus minutis his olim qbus & meus Catullus:& Caluus ueteresq;. Sed qd ad me : unus Plinius ẽ Mihi prior:Is mauult uerſiculos foro relicto & qrit qđ amet putatq; amari.ille Plinius ille. Quid Catones.I nunc quiſqs ſapias amare noli. Vides q̃ acuta omnia: q̃ apta q̃ expreſſa. Ad hũc guſtũ totũ librũ reprõitto: quem tibi ut primũ publicauerit exhibebo. Interim ama iuuenem:& temporibus noſtris gratulare ꝑ ingenio tali:qđ ille moribus adornat:uiuit cum Spuria: uiuit cũ Antonio: quoꝝ alteri affinis utriq; cõtubernalis eſt. Poſſis ex hoc facere cõiecturã q̃ ſit emendatus adoleſcens:q a grauiſſimis ſenibus ſic amatur. Eſt enim illud ueriſſimum. γινωσκων οτι τοι ουτος ἐστιν οιοσπερ ηδεται συνων. Vale.

C.Plinius Iulio Seuero ſuo ſalutem.

Aerẽnius Seuerus uir doctiſſius magni æſtiat ĩ bibliotheca ſua ponere imagies mũicipũ tuoꝝ Cornelii Nepotis.& Titi Atii:petitq; ſi ſũt iſtic ut eſſe credibile ẽ exſcribẽdas pigẽdasq; delegẽ. Quã curã tibi potiſſimũ iniungo:primũ qa deſideriis meis amiciſſime obſequeris: Deĩde qa tibi ſtudioꝝ ſumma reuerẽtia:ſũmus amor ſtudioſoꝝ:poſtremo q; patriã tuã oĩsq; q nomen eius auxerũt:ut patriã ipſam uenereris & diligis. Peto ut pictorẽ q̃ diligẽtiſſimũ aſſumas. Nã cũ eſt arduum ſimilitudinem effingere ex uero:tum lõge difficillima eſt imitationis imitatio. Quare rogo ut artificem quem elegeris ne in melius quidẽ ſinas aberrare. Vale.

C.Plinius Romano ſuo ſalutem.

Ia tu cũ ꝓximo res agent quoquo mõ ad indicãdũ ueni:Nihil eſt q; in dextrã aurẽ fiducia mei dormias:nõ ĩpune ceſſatur:Ecce Licinius Nepos p̃tor acer & fortis uir mulctã etiã dixit ſenatori. Egit ille in ſenatu cãm ſuam.egit autẽ ſic ut deprecaret:remiſſa eſt mulcta:ſed timuit:ſed rogauit: Sed opus uenia fuit. dices non omnes prætores tam ſeueri.falleris. Nam uel inſtituere

uel reducere eiuſmodi exemplum non niſi ſeueri:inſtitutum redu ctumue exercere etiam leniſſimi poſſunt. Vale.

C.Plinius Surræ ſuo ſalutem.

T tuli tibi ex patria mea pro munuſculo quæſtionem altiſſima iſta eruditione digniſſimam: Fons oritur in monte: ꝑ ſaxa decurrit:excipitur cœnatiuncula manu facta.Ibi paulu lum retentus in larium lacum decidit: huius mira natura. Ter in die ſtatis auctibus:ac diminutionibus creſcit decreſcitq̧.Cernit̃ id palam & cum ſumma uoluptate deprehenditur.Iuxta recumbis & ueſceris.Atq̧ ēt ex ipſo fōte:nam eſt frigidus:potas.interim ille cer tis dimenſiſque momentis uel ſubtrahitur uel aſſurgit. Annulum ſeu quid aliud ponis in ſicco alluitur ſenſim: ac nouiſſime operit̃: detegitur rurſus:paulatimq̧ deſeritur .Si diutius obſerues utrūq̧ iteꝶ atq̧ tertio uideas.Spiritus ne aliquis occultior os fōtis & fau ces mō laxat mō includit prout illatus occurrit aut deceſſit expulſus?Quod i āpullis cæteriſq̧ generis eiuſdē uidemus accidere:qui bus non hians nec ſtatim patens exitus: Nā illa quoq̧ q̄q̄ prona & uergentia per quaſdam obluctātis animæ moras crebris quaſi ſin gultibus ſiſtunt:quod effundunt.An quæ oceano natura fōti quo que?quaq̧ ille ratiōe aut impellitur aut reſorbet̃ hac modicus hic humor uicibus alternis ſupprimitur & egeritur.An ut flumīa quæ in mare deferuntur aduerſantibus uentis obuioq̧ æſtu retorquen tur:ita eſt aliquid quod huius fontis excurſum per momenta reꝑcutiat.An latentibus uenis certa menſura?quæ dum colligit quod exhauſerat:minor eſt riuus & pigrior:Is cum colligit agilior maior que ꝓfertur.An neſcio qđ libramentū abditū & cæcum: qđ cū exi nanitū eſt ſuſcitat & elicit fontē:cū replet̃ moratur & ſtrangulat. Scrutare tu cāſ. potes enim quæ tantū miraculum efficiunt. mihi abunde eſt ſi ſatis expreſſi quod efficitur. Vale.

C.Plinii Secundi Epiſtolarum Liber Quintus.

C.Plinius Seuero ſuo ſalutem.

Egatum mihi obuenit modicū ſed ampliſſimo gratius. Cur āpliſſimo gratius?Pōponia Galla exhæredato filio Aſſudio Curiāo hæredem reliquerat me:dederat cohæ redes Sertorium Seueꝶ ꝑtorium uirum:alioſq̧ ſplendi dos equites romanos: Curianus orabat ut ſibi donarem portiōem meā:ſeq̧ præiudicio iuuarem.Eandem tacita conuentione ſaluam mihi pollicebatur. Reſpondebam non conuenire moribus meis

aliud palá:aliud agere ſecreto.ꝑterea non eſſe ſatis honeſtū donare & locupleti & orbo.In ſūma nō profutuꝝ ei ſi donaſſem:profuturū ſi ceſſiſſem.eſſe auté me paratū cedere ſi iniq; exhæredatū mihi liqueret.Ad hoc ille.rogo cognoſcas. Cuntatus paulū: faciā inquā. Neq; enim uideo cur me minoré putem q̄ tibi uideor.Sed iā nunc meméto nō defuturam mihi cōſtantiā:ſi ita fides duxerit ſecundū matré tuam ꝓnuntiandi. Vt uoles ait. Voles enim qđ æquiſſimū. Adhibui in cōſiliū duos:quos tūc ciuitas noſtra ſpectatiſſimos habuit Coreliū & Frontinū.his circūdatus in cubiculo meo ſedi.Dixit Curianus quæ ꝓ ſe putabat.Reſpōdi paucis ego. Nec.n.aderat alius q defunctæ pudoré tuereť.Deinde ſeceſſi & cōſilii ſententia: Videť inquā Curiane mater tua multas habuiſſe cāſ iraſcédi tibi. Poſt hoc ille:cū cæteris ſubſcripſit centūuirale iudiciū mecum nō ſubſcripſit:Appetebat iudicii dies. Cohæredes mei cōponere & trāſigere cupiebāt nō diffidentia cauſæ ſed metu tēpoꝝ. Verebantur qđ uidebāt multis accidiſſe:ne ex cétūuirali iudicio capitis rei exirent.Et erāt qdam i illis qbus obiici & Gratillæ amicitia:& Ruſtici poſſet.Rogāt ut cū Curiano loquar.Cōuenimus in ædé Cōcordiæ.Ibi ego ſi mater inquā te ex ꝑte quarta ſcripſiſſet hæredé: non queri poſſes.Quid ſi hæredé qdem īſtituiſſet ex aſſe?ſed legatis ita exhauſiſſet:ut nō amplius apud te quā quarta remaneret?Igiť ſufficere tibi debet ſi exhæredatus a matre quartā ꝑtem ab hæredibus eius accipias:quā tamé ego augebo.Scis te nō ſubſcripſiſſe mecū & biéniū trāſiſſe:oīaq; ſuſcepiſſe.Sed ut te cohæredes mei tractabilioré expiāť :utq; tibi nihil abſtulerit reuerētia mei:offero ꝓ mea ꝑte tātundé.Tuli fructū nō cōſciētiæ mō ueꝝ ét famæ.Ille ergo Curianus legatum mihi reliqt:& factum meum niſi forte blandior mihi antiquorum notabili more ſignauit.Hæc tibi ſcripſi:quia de omnibus quæ me delectant:uel angunt:nō aliter tecum q̄ mecum loqui ſoleo.Deinde quod duꝝ exiſtimabam te amantiſſimum mei fraudare uoluptate:quam ipſe capiebam. Nec enim ſum tam ſapiēs qđ nihil mea interſit an his quæ honeſte feciſſe me credo teſtificatio quædam & quaſi præmium accedat. Vale.

C.Plinius Flacco ſuo ſalutem dicit.

Ccepi pulcherrimos turdos: cum quibus parem calculum ponere nec urbis copiis ex Laurentino:nec maris tam turbidis tépeſtatibus poſſum.recipies ergo epiſtolas ſteriles & ſimpliciter ingratas:ac ne illā qdem ſollertiam Diomedis in ꝑmu-

tando munere immitantis.Sed quæ facilitas tua:hoc magis dabis
ueniá quod ſe nõ mereri fatent̃.Vale.

C.Plinius Ariſtoni ſuo ſalutem.

Vm plurima officia tua mihi grata & iucũda ſunt:tum uel maxime quod me celãdũ non putaſti fuiſſe apud te de uerſiculis meis multũ copioſũq; ſermoné:eũq; diuerſitate iudicioꝝ longius ꝓceſſiſſe.extitiſſe etiã quoſdã qui ſcripta quidé ipa nõ ĩprobarẽt:me tamé amice ſimpliciterq; reprehenderent: ꝙ hoc ſcriberẽ recitarẽq;.Quibus ego ut augeã meã culpã ita reſpondeo. facio nõnunq̃ uerſiculos ſeueros paꝝ:facio & comœdias. audio & ſpecto mimos:& Lyricos lego:& Satyricos ĩtelligo. aliquãdo præterea rideo:iocor:ludo.utq; oĩa ĩnoxia remiſſionis genera breuiter amplectar:homo ſum.Nec uero moreſte fero hãc eſſe de moribus meis exiſtimationé.Vt qui neſciunt talia doctiſſimos grauiſſimos ſanctiſſimos hoĩes ſcriptitaſſe me ſcribere mirent̃. Ab illis auté q-bus notum eſt quos quãtoſq; auctores ſequar facile ĩpetrari poſſe cõfido:ut errare me:ſed cum illis ſinant:quoꝝ nõ ſeria modo:ueꝝ luſus etiã exprimere laudibile eſt.An ego uerear neminé uiuentiũ ne quam in ſpeciem adulatiõis ĩcidã nominabo.Sed ego uerear ne me nõ ſatis deceat quod decuit.M.Tullium:C. Caluum:Aſinium Pollioné.M.Meſſallã.Qu.Hortẽſium.M.Brutum:L.Sillam. Qu. Catulum.Qu.Scæuolam Ser.Sulpicium Varroné Torquatũ ĩmo Torquatos.C.Memmium Lentulum.Getulicum: Anneũ Senecã: & ꝓxime Virginium Ruffum:& ſi nõ ſufficiunt exempla priuata: diuum Iulium:diuum Auguſtum:diuũ Neruã.T.Cæſarem. Neronem enĩ tranſeo:quãuis ſciam nõ corrũpi ĩ deterius quæ etiã a malis aliquãdo ſed honeſta manere quæ ſæpius bonis fiunt:ĩter quos uel p̃cipue numerandus é.P.Virgilius: Cornelius Nepos:& prius Ennius Actiuſq;:Non q̃dé hi ſenatores:ſed ſãctitas moꝝ nõ diſtat ordinibus.Recito tamé qđ illi an fecerint neſcio ẽt:ſed illi iudicio ſuo poterãt eẽ cõtẽti:mihi modeſtior cõſtãtia eſt:q̃ ut ſatis abſolutũ puté qđ a me ꝓbet̃.Itaq; has recitandi cauſas ſequor. Primũ ꝙ ipſe q recitat aliquãdo acrius ſcriptis ſuis auditoꝝ reuerẽtiã ĩtẽdit. Deĩde ꝙ de q̃bus dubitat q̃ſi ex cõſilii ſẽtẽtia ſtatuit. Multa etiam a multis admonet̃:& ſi nõ admoneat̃ qd q̃ſq; ſentiat pſpicit ex uultu:oculis:nutu:manu:murmure:ſilentio.quæ ſatis aptis notis iudiciũ ab humanitate diſcernũt. Atq; adeo ſi cui forte eoꝝ q ĩterfuerunt curæ fuerit eadé illa legere:ĩtelliget me quædã aut cõmutaſſe

aut præteriſſe:fortaſſe etiã ex ſuo iudicio quãuis ipſe nihil dixerit mihi. Atq; ita hoc diſputo q̃ſi populũ ĩ auditoriũ nõ ĩ cubiculum amicos aduocari: Quos plures hr̃e multis glorioſũ: rephẽſiõi nemini fuit. Vale. C. Plinius Valeriano ſuo Salutem.

Es parua: ſed initium non paruũ. Vir prætorius ſollers a ſenatu petit ut ſibi ĩſtituere in agris ſuis nũdinas pmitteret. Cõtradixerunt Vicentinorũ legati. affuit Tuſcillus noĩatus. dilata cauſa ẽ alio ſenatu. Vincẽtini ſine aduocato ĩtrauerunt. dixerunt ſe deceptos lapſi ne uerbo: an qa ita ſẽtiebãt. Interrogati a Nepote prætore quẽ docuiſſent: reſponderunt: quod prius iterrogati: an tunc gratis affuiſſent: reſponderunt ſex milibus nũmum: an rurſus aliquid dediſſent: dixerunt mille denarios. Nepos poſtulauit ut nominatus induceret. hactenus illo die. Sed quãtum auguror longius res pcedet. Nam pleraq; tacita tantũ & omnino cõmota latiſſime ſerpunt. Erexi aures tuas q̃ ãdiu nũc oportet q̃ blande roges ut reliqua cognoſcas: ſi tamẽ nõ ante ob hæc ipſa ueneris Romam ſpectatorq; malueris eſſe q̃ lector. Vale.

C. Plinius Maximo ſuo ſalutem.

Vnciat mihi. C. Fanium deceſſiſſe: q nuncius graui me dolore cõfudit. primũ quia amaui hominẽ elegantẽ & diſertũ: deĩde quod iudicio eius uti ſolebã. Erat eni natura acutus: uſu exercitatus: uarietate prõptiſſimus. Angit me ſup iſta caſus ipius. deceſſit ueteri teſtamẽto. miſit quos maxime diligebat: proſecutus ẽ qbus offenſior erat. Sed hoc utcunq; tolerabile: grauius illud quod pulcherrimũ opus ĩperfectum reliquit: q̃uis enim agẽdis cauſis diſtringeretur: ſcribebat tamen exitus occiſorũ aut relegatorum a Nerone: & iam tres libros abſoluerat: ſubtiles. & diligẽtis: & latinos. atq; ĩter ſermonẽ hiſtoriãq; medios: Ac tanto magis reliquos pficere cupiebat: quãto frequẽtius hi lectitabãt. Mihi aũt uidetur acerba ſemp & ĩmatura mors eorũ q ĩmortale aliquid parãt. Nam qui uoluptatibus dediti q̃ſi ĩ diem uiuunt: uiuẽdi cauſas quotidie finiũt: Qui uero poſteros cogitãt: & memoriã ſui opibus extẽdũt: his nulla mors non repentina eſt: ut quæ ſemp incohatum aliquid abrũpat. C. qdem Fanius qđ accidit multo ante præſenſit. Viſus ẽ ſibi p nocturnam qetem iacere in lectulo ſuo cõpoſitus in habitu ſtudentis: habere ante ſe ſcrinium ita ut ſolebat. Mox imagiatus ueniſſe Neronem in toro reſediſſe, pmpſiſſe librũ primum: quẽ de ſceleribus eius ediderat: eũq; ad extremũ reuoluiſſe. idẽ in ſecundo

ac tertio feciſſe.tunc abiſſe:expauit.& ſic iterp̄tatus eſt tanq̄ idem
ſibi futurus eſſet ſcribēdi finis:qui fuiſſet illi legendi:& fuit idem.
Quod me recordantē miſeratio ſubit quantum uigiliaꝝ : quantū
laboris exhauſerit fruſtra.occurſāt aīo mea mortalitas:mea ſcripta
Nec dubito te quoq; eadē cogitatōe terreri ꝓ iſtis q̄ iter māus hēs.
Proīde dū ſuppetit uita:enitamur ut mors q̄ pauciſſima q̄ abolere
poſſit īueniat.Vale. C.Plinius Apollinari ſuo ſalutē.

Maui curā & ſolicitudinē tuam:q cum audiſſes me æſtate
Thuſcos meos petituꝝ:ne facerē ſuaſiſti:dum putas inſalu
bris.& ſane grauis & peſtilēs ora Thuſcoꝝ:quæ p littus ex-
tēdit.Sed hi ꝓcul a mari receſſerūt:qn etiā Apēnino ſaluberrimo
mōtium ſubiacēt.Atque adeo ut oēm pro me metū ponas : accipe
tēperiē cæli:regiōis ſitum:uillæ amœnitatē:q & tibi auditu & mi-
hi relatu iucunda erunt.Cælū eſt hyeme frigidū & gelidū .myrtos
oleas qq; alia æſtiuo tēpore lætāt:aſpernat:& reſpuit.Lauꝝ tamē
patit:atq; etiam nitidiſſimā profert īterdum:ſed nō ſæpius q̄ ſub
urbe noſtra necat.Aeſtatis mira clæmētia.ſemꝑ aer ſpiritu aliquo
mouet:frequentius tamē auras q̄ uentos habet:hinc ſenes multos
uideas:auos:ꝓāoſq;.ſá iuuenū audias fabulas ueteres ſermōeſq; ma
ioꝝ.Cū ueneris illo putes te alio ſæculo natū.Regiōis forma pul-
cherrima.imagiare āphitheatꝝ aliqd' īmēſū & q̄le ſola reꝝ natura
poſſit effigere.Lata & diffuſa planities mōtibus cigit. Mōtes ſūma
ſui pte ꝓcera nemora & ātiq̄ habēt.freques ibi & uaria uēatio.Inde
crebræ ſiluæ cū mōte ipo dſcēdūt:has iter pigues terrenīq; colles
(neq;.n.facile uſquā ſaxū:ēt ſi qrat: occurrit:) planiſſimis cāpis fer
tilitate non cedūt:opimāq; meſſē ſerius tātū ſed nō minus ꝓcoqt.
Sub his p latus oē uieæ porrigūt. Vnāq; faciē lōge lateq; cōtexūt.
Quaꝝ a fine imoq; q̄ſi margie arbuſta naſcunt.prata inde cāpiq;.
Cāpi quos nō niſi īgentes boues & fortiſſima aratra pfrigunt:tātis
glebis tenaciſſimū ſolū cū ꝓſecat:aſſurgit:ut d̄mū nono ſulco pdo
met.Prata florida & gēmea:trifoliū aliaſq; herbas teneras ſemꝑq;
molles & q̄ſi nouas alūt.Cūcta.n.pēnibus riuis nutriūt.Sed ibi aq̄
plurimum : palus nulla quia deuexa terra quicquid liquoris acci-
pit:nec abſorbuit:effundit in Tyberim. Medios ille agros ſecat
nauium patiens:omniſq; fruges deuehit in urbem hyeme dumta-
xat & uere.æſtate ſummittitur īmenſiq; fluminis nomē arenti al
ueo deſerit:auctūno reaſſumit.Magnam capies uoluptatem ſi hūc
regionis ſitum ex monte proſpexeris: Neq; enim terras tibi : ſed

formã aliquã ad eximiã pulchritudinẽ pictã uideberis cernere:ea
uarietate ea deſcriptõe quocunq; ĩciderint oculi reficiunť. Villa in
colle imo ſita proſpicit quaſi ex ſummo:ita leuiter & ſenſim cliuo
fallẽte cõſurgit:ut cũ aſcẽdere te non putes:ſentias aſcẽdiſſe. A ter
go Apẽninũ ſed longius habet. Accipit ab hoc auras. q̃libet ſereno
& placido die non tamen acres & ĩmodicas ſed ſpatio ipſo laſſas &
ĩfractas. magna ſui pte meridiẽ ſpectat:æſtiuũq; ſolẽ ab hora ſexta:
hybernũ aliquãto maturius:q̃ſi ĩuitat ĩ porticũ latã & ꝓ modo lon
gam:Multa in hac mẽbra. atriũ etiã ex more ueteꝝ. ante porticum
xyſtus cõciſus in plurimas ſpecies diſtinctuſq; buxo : demiſſus ĩdẽ
pronuſq; puluinus cui beſtiaꝝ effigies ĩuicẽ aduerſas buxus inſcri
pſit. Acanthus ĩ plano mollis & pene dixerim liquidus:ambit hũc
ãbulatio preſſis uarieque tonſis uiridibus ĩcluſa:ab his geſtatio in
modũ circi quæ buxum multiformẽ humiliſq; & retentas manu
arbuſculas circuit. omnia maceria muniunť. hanc gradata buxus
operit & ſubtrahit:Pratum ĩde non minus natura q̃ ſuperiora illa
arte uiſendum. Campi deinde. porro multaq; alia prata & arbuſta.
A capite porticus triclinium excurrit ualuis xyſtum deſinẽtem &
protinus pratũ multũq; ruris uidet feneſtris. hac latus xyſti & qđ
proſilit uillæ ac adiacẽtis hippodromi nemus comaſq; ꝓſpectat.
Cõtra mediam fere porticũ zeta parũ recedit:cingit areolam quæ
q̃tuor platanis ĩumbrať:Inter has marmoreo labro aquæ exũdat:
circũiectaſq; platanos & ſubiecta platanis leni aſpergine fouet. Eſt
ĩ hac Zeta dormitoriũ cubiculum:quod die clamorem ſonũq; ex
cludit:iunctaq; quotidiana amicoꝝ cœnatio. Areolam illam porti
cus alia eadẽq; oĩa quæ porticus aſpicit. eſt & aliud cubiculũ a ꝓxi
ma platano uiride & umbroſum marmore excultum podio tenus:
nec cedit gratiæ marmoris ramos ĩſidẽteſq; ramis aues imitata pi-
ctura fõticulus. In hoc fõte crater:circa ſiphũculi plures miſcẽt iu
cũdiſſimũ murmur. ĩ cornu porticus ãpliſſimũ cubiculũ triclinio
occurrit:Aliis feneſtris xyſtum:aliis deſpicit pratum: Sed ãte piſci
nã quæ feneſtris ſeruit ac ſubiacet:ſtrepitu uiſuq; iucũda:Nã ex edi
to deſiliens aqua ſuſcepta marmore albeſcit. Idem cubiculum hie
me tepidiſſimum q̃a plurimo ſole ꝑfũdiť:Cohæret hypocauſton:
& ſi dies nubilus ĩmiſſo uapore ſolis uicẽ ſupplet. Inde apodyteriũ
balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria:ĩ q̃ baptiſterium am
plũ atq; opacũ. Si natare latius aut tepidius uelis in area piſcia ẽ. in
proximo puteus:ex quo poſſis rurſus aſtringi ſi pœniteat teporis:

frigidariæ cellæ cõnectit̃ media:cui ſol benigniſſime ẽ præſto.cal-
dariæ magis.ꝓminét enĩ in hac tres diſceſſiones duæ ĩ ſole:tertia a
ſole lõgius:a luce nõ lõgius:apodyterio ſuppoſitũ ẽ Sphæriſteriũ:
quod plura genera exercitatiõis:pluriſq; circulos capit : nec ꝓcul a
balneo ſcalæ:quæ in cryptoporticũ ferũt:prius ad dietas tris. harũ
alia areolæ illi ĩ q̃ platani q̃tuor:alia prato:alia uineis ĩminet diuer
ſis:diuerſaſq; cæli partes ut ꝓſpectus habet.in ſũma cryptoporticu
cubiculũ ex ipſa cryptoporticu exciſum:qđ hippodromũ uineas
mõtes ĩtuet̃.Iungitur cubiculũ obuiũ ſoli maxime hyberno. hinc
orit̃ Zeta:quæ uillæ hyppodromũ adnectit.hæc facies.hic uſus a
frõte a latere.æſtiua cryptoporticus in edito poſita:quæ nõ aſpice-
re uineas:ſed tangere uidet̃.In media tricliniũ ſaluberrimum affla
tum ex apẽninis uallibus accipit.Poſt latiſſimis feneſtris uineas ua
luis æque uineas:ſed per cryptoporticum q̃ſi admittit . alatere tri-
clinii quod feneſtris caret:ſcalæ cõuiuio utilia ſecretiore ãbitu ſug
gerunt.In fine cubiculum cui nõ minus iucundũ ꝓſpectũ crypto
porticus ipſa quã uineæ ꝓbẽt.Subeſt cryptoporticus ſubterraneæ
ſimilis:æſtate ĩcluſo frigore riget:cõtentaq; aere ſuo nec deſiderat
auras nec admittit:poſt utrãq; cryptoporticũ unde triclinium deſi
nit:ĩcipit porticus ãte mediũ diẽ hyberna:ĩclinato die æſtiua . hac
adeunt̃ diætæ duæ:q̃rum in altera cubicula q̃tuor:altera tria ut cir
cuit ſol aut ſole utunt̃ aut umbra. Hãc diſpoſitionẽ amœnitatẽq;
tectoꝝ lõge precedit hippodromus.medius pateſcit.ſtatiq; intran
tium oculis totus offertur.platanis circuitur.Illæ hedera ueſtiũt̃:
utq; ſummæ ſuis:ita imæ alienis frõdibus uirẽt. Hedera truncum
& ramos perrat:uicinaſq; platanos trãſitu ſuo copulat.has buxus ĩ
teriacet.Exteriores buxos circũuenit laurus:Vmbræq; platanoꝝ
ſuã cõfert.Rectus hic hippodromi limes:ĩ extrema parte hemicy-
clo frangit̃:mutatq; faciẽ.Cupreſſis ãbitur:& tegit̃ dẽſiore umbra
opacior nigriorq; ĩterioribus circulis:ſũt enim plures:puriſſimum
diẽ recipit:Inde roſas effert:umbrarũq; frigus nõ ĩgrato ſole diſtin
guit.Finito uario illo multipliciq; curuamine recto limite reddit̃
ne huic uni. Nã uiæ plures ĩtercedẽtibus buxis diuidunt̃:alibi pra
tulũ:alibi ipſa buxus ĩteruenit in formas mille deſcripta:litteris ĩter
dũ:quæ mõ nomen domini dicũt:modo artificis:alternis metulæ
ſurgũt:alternis ĩſerta ſũt poma :& ĩ ope urbaniſſimo ſubita uelut ĩ
lati ruris imitatio mediũ ĩ ſpaciũ breuioribus utriq; platanis ador
natur.Poſt has acanthus hinc inde lubricus & flexuoſus.deĩde plu

res ſiguræ pluraq; nomina.ĩ capite ſtibadiũ cãdido marmore uite
ꝓtegitur: Vitē q̃tuor columnellæ caryſtiæ ſubeũt:E ſtibadio aqua
uelut expreſſa cubãtiũ põdere ſiphunculis effluit.cauato lapide ſu
ſcipitur:gracili marmore cõtinetur:atq; ita occulte tẽperat̃:ut im-
pleat nec redũdet.Guſtatoriũ grauiorq; cœnatio margini ĩponit̃:
leuior nauicularũ & auiũ figuris ĩnatans circuit.contra fons egerit
aquã & recipit:nã expulſa ĩ altũ ĩ ſe cadit:iunctiſq; hiatibus & ab-
ſorbet̃:& tollit̃:e regione ſtibadii aduerſũ cubiculũ tantũ ſtibadio
reddit ornatus:quãtũ accipit ab illo.a marmore ſplẽdet ualuis:ĩ ui
ridia ꝓminet.texit alia uiridia ſupioribus atq; ĩferioribus feneſtris
ſuſpicit deſpicitq;:Mox zetecula refugit q̃ſi ĩ cubiculũ idẽ atq; ali
ud:lectulus hinc:& undiq; feneſtræ:& tamen lumen obſcurũ um
bra p̃mente:Nam lætiſſima uitis ꝑ omne tectum ĩ culmen nititur
& aſcẽdit.Nõ ſecus ibi q̃ in nemore iaceas:ĩbrẽ tantum tanq̃ in ne
more nõ ſentias.hic quoq; fons naſcit̃:ſimulq; ſubducit̃: Sũt locis
pluribus diſpoſita ſedilia e marmore:quæ ãbulatiõe feſſos ut cubi
culum ipm iuuãt.fonticuli ſedibus adiacẽt ꝑ totum hippodromũ
ĩductis phyſtulis:ſtrepunt riui:& q̃ manus duxit ſequunt̃:his nunc
illa uiridia nunc hæc ĩterdum ſimul omnia lauant̃: uitaſſem iã du
dum ne uiderer argutior niſi ꝓpoſuiſſem oẽs angulos tecum epi
ſtola circũire. Neq; eni uerebar ne laborioſum eẽt tibi legẽti q̃d
abſenti non fuiſſet:præſertĩ cũ ĩterq̃eſcere ſi liberet depoſitaq; epi
ſtola quaſi reſidere ſæpius poſſes: præterea ĩdulſi amori meo:amo
enĩ quæ maxima ex ꝑte ipe ĩcohaui:aut ĩcohata ꝑcolui.In ſumma
cur nõ aperiã tibi uel iudicium uel errorẽ:Primũ ego officium ſcri
ptoris exiſtimo ut titulum ſuũ legat:& idẽtidẽ ĩterroget ſe q̃d cœ
perit ſcribere:ſciatq; ſi materiæ ĩmoratur nõ eſſe longum: longiſſi
mum ſi aliq̃d accerſit atq; attrahit.Vides quot uerſibus Hõerus:
quot Vergilius arma:hic Aeneæ: Achillis ille deſcribat: breuis ta
men uterq; ẽ:quia facit quod ĩſtituit. Vides ut Aratus minutiſſi
ma etiã ſydera cõſectet̃ & colligat:modum tamẽ ſeruat. Non eni
excurſus hic eius ſed opus ipſũ eſt.Similiter nos ut parua magnis:
cũ totã uillã oculis tuis ſubiicere conamur:ſi nihil ĩductum & q̃ſi
deuium loq̃mur:nõ epiſtola quæ deſcribit:ſed uilla quæ deſcribit̃
magna ẽ.Verũ illuc unde cœpi ne ſecundũ legẽ meã iure reprehen
dar:ſi longior fuero ĩ hoc ĩ quo exceſſi.habes cauſas cur ego Thu
ſcos meos Thuſculãis Tyburtinis Præneſtiniſq; meis præponã.Nã
ſuꝑ illa quæ rettuli altius ibi ocium & piguius coq; ſecurius.nulla

neceſſitas togæ.nemo acceſſitor ex proximo.placida oĩa & qeſcẽtia:quod ſalubritate regiõis ut purius cælũ ut aer liqdior accedit. ibi animo:ibi corpore maxĩe ualeo.Nã ſtudiis animũ:uenatu corpus exerceo:mei quoq; nuſq̃ ſalubrius degũt:uſq; adhuc certe neminẽ ex his quos eduxerã mecũ:uenia ſit dicto:ibi amiſi:dii modo in poſterum hoc mihi gaudiũ:hãc gloriã loco ſeruent.Vale.

C.Plinius Caluiſio ſuo Salutem.

Ec hæredẽ iſtitui.nec præcipere poſſe rem pu.cõſtat.Saturninus aũt q nos reliqt hæredes q̃drantẽ rei pu.noſtræ:deĩ de q̃drãtẽ præceptionẽ q̃dringentoꝝ milium dedit: hoc ſi ius aſpicias:irritũ:ſi defuncti uolũtatẽ ratũ & firmũ ẽ.Mihi autem defuncti uoluntas uereor quã ĩ ꝑtem Iuriſcõſ.quod ſim dicturus accipiãt:Antiquior iure eſt utiq; in eo quod ad cõem patriã uoluit peruenire.an cui de meo his adiiciẽs cõtuli huic.cccc.miliũ paulo amplius tertiã partẽ ex aduentitio denegẽ? ſcio te quoq; a iudicio meo nõ abhorrere:cum eandẽ rẽ pub.ut ciuis optimus diligas. Velim ergo cũ ꝓxime decuriões cõtrahent̃ qd ſit iuris dicas: parce tamẽ & modeſte:deide ſubiũgas nos.cccc.miliũ ſicut p̃cepit Saturninus illius hoc munus:illius liberalitatis tamen obſequium uocet̃: hæc ego ſcribere publice ſuperſedi:primum quod meminerã pro neceſſitudĩe amicitiæ tuæ & debere te & poſſe ꝓinde meis ac tuis ꝑtibus fũgi:deide qa uerebar ne modũ tibi quẽ ĩ ſermõe cuſtodire facile ẽ:tenuiſſe ĩ epiſtola nõ uiderer:Nã ſermonẽ uultus geſtus:uox ipſa moderat̃:epiſtola oĩbus cõmẽdatiõibus deſtituta malignitatẽ ĩterp̃tãtiũ expõit.Vale.

C.Plinius Capitoni ſuo Salutem.

Vades ut hiſtoriam ſcribam:& ſuades non ſolus:multi me hoc ſæpe mouerunt:& ego uolo:non quia cõmode facturum eſſe confido:id enim temere credas niſi exptus:Sed qa mihi pulchrum in primis uidetur nõ pati occidere qbus æternitas debeat̃:aliorũq; famã cum ſua extẽdere.Me autẽ nihil æque ac diuturnitatis amoris cupido ſollicitat res homine digniſſimæ p̃ſertim q nullius ſibi cõſcius culpæ poſteritatis memoriã nõ reformidet:Itaq; diebus ac noctibus cogito: ſi q̃ me quoq; poſſim tollere humo.Id.n.uoto meo ſufficit:illud ſupra uotũ:uictorq; uiꝝ uolitare p ora:q̃q̃.o.Sed ſatis eſt qđ ꝓpe ſola hiſtoria polliceri uidetur: orationi enim & carmini parua gr̃a:niſi eloquẽtia ẽ ſũma.hiſtoria quoquo mõ ſcripta delectat: Sunt enĩ homines natura curioſi:& qualibet nuda rerum cognitione capiunt̃:ut q ſermõculis ẽt fabel

liſq; ducant᷑:me uero ad hoc ſtudiũ ĩpellit domeſticũ exẽplũ. Auũ
culus meus idẽq; per adoptionẽ pater hiſtorias & q̃dem religioſiſ-
ſime ſcripſit.Inuenio aũt apud ſapientis honeſtiſſimũ eẽ maiorum
ueſtigia ſeq:ſi modo recto itinere ꝓceſſerint.Cur enĩ cũ tot egi ma
gnas & graues cauſas:has etiã ſi mihi tenuis ex his ſpes deſtino re-
tractare:ne tantus ille labor meus niſi hoc quod reliquum ẽ ſtudii
addidero mecũ pariter intercidat.Nam ſi rationem poſteritatis ha
beas q̃cquid nõ eſt pactum.P.ro.nõ inchoatum:dices potes ſimul
& reſcribere actiones & cõponere hiſtoriã.Vtinã.Sed utrũq; tã ma
gnũ eſt ut abunde ſit alteꝝ efficere.Vnde uiceſimo ætatis anno di
cere ĩ foro cœpi:& nunc demũ q̃d præſtare debeat orator adhuc ta
men ꝑ caliginẽ uideo:q̃d ſi huic oneri nouũ acceſſerit. habet q̃dẽ
oratio & hiſtoria multa cõia:ſed plura diuerſa in his ĩpis quæ coĩa
uidentur.Narrat illa.narrat hæc.ſed aliter.huic pleraq; humilia &
ſordida & ex medio petita.illi omnia recõdita:ſplendida:excelſa cõ
ueniunt.hanc ſæpius oſſa:muſculi:nerui:illam tori q̃dam & quaſi
tubæ d̃cẽt.Hæc uel maxime ui:amaritudine:inſtantia:illa tractu &
ſuauitate:atq; etiam dulcedine placet.Poſtremo alia uerba:alius ſo
nus:alia cõſtructio.Nã plurimum refert ut Thucydides ait: itema
ſint an agoniſma quoꝝ alterũ oratio:alteꝝ hiſtoria:& ex his cau-
ſis non abducor:ut duo diſſimilia & hoc ipſo diuerſa ꝙ maxima
cõfundam miſceãq;:ne tãta q̃ſi colluuione turbatus ibi faciam q̃d
hic debeo:quæ iteri ueniet:ne a forẽſibus uerbis recedã aduocandi
peto.Tu tamen iã nũc cogita quæ potiſſimũ tẽpora aggrediamur.
Vetera & ſcripta aliis parata inq̃ſitio:ſed oneroſa collatio.itacta &
noua graues offenſæ:leuis gratia.ac ꝑterea ꝙ in tantis uitiis homi-
num plura culpanda ſũt q̃ laudãda.tũ ſi laudaueris parcus:ſi culpa
ueris nimius fuiſſe dicaris.hæc aũt me nõ tardãt:eſt.n. mihi ꝓ fide
ſatis animi.Illud peto præſtruas ad quod hortaris: eligaſq; materiã
ne mihi iã ſcribere parato alia rurſus cũctatiõis & moræ iuſta ratio
naſcat᷑.Vale.

C.Plinius Saturnino ſuo Salutem.

Arie me affecerunt litteræ tuæ:nã partim læta parti triſtia
cõtinebãt. Læta ꝙ te ĩ urbe teneri nũciabãt:nollẽ inq̃s:ſed
ego uolo.præterea q̃d recitatuꝝ ſtatĩ ut ueniſſem pollice-
bant᷑.Ago gratias q̃d expector:Triſte illud quod Iulius Valens gra
uiter iacet.quãquam ne hoc q̃dem triſte:ſi Iulius utilitatibus æſti-
metur q̃maturiſſime in explicabili morbo liberari.Illud plane nõ
triſte ſolum ueꝝ etiã luctuoſũ:q̃d Iulius Auitus deceſſit:dum ex

quæſtura redit.deceſſit in nauem ꝑcul a fratre amātiſſimo: ꝑcul a mr̄e:a ſororibus.nihil iſta ad mortuū ꝑtinēt: ſed ꝑtinuerūt cū moreret.ꝑtinēt ad hos q ſupſunt. iā ꝙ i flore prio tātæ idolis iuuenis extictus ē ſūma cōſecuturus ſi uirtutes eius maturuiſſēt: ꝙ ille ſtudioꝝ amore flagrabat:quātū legit:q̄tū ēt ſcripſit? quæ nūc oīa cū ipo ſine fructu poſteritatis aruerūt:Sed qd ego idulgeo dolori: cui ſi frænos remittas:nulla materia nō maxīa eſt. Finem epiſtolæ faciam:ut facere poſſim etiam lachrymis quas expreſſit epiſtola. Vale.

C.Plinius Antonino ſuo ſalutem.

Vm uerſus tuos æmulor:tū maxie q̄ ſint bōi expior:Vt.n. pictores pulchrā abſolutāq; faciē raro niſi in peius effigūt: ita ego ab hoc archetypo laboro & decido.Quo magis hortor ut q̄plurima proferas:quæ imitari omnes concupiſcant: nemo aut pauciſſimi poſſint. Vale.

C.Plinius Tranquillo ſuo ſalutem.

Ibera tādē hēdecaſyllaboꝝ meoꝝ fidē:q ſcripta tua coībus aīcis ſpopōderūt:appellāt. quotidie & flagitāt:ac iā piculū ē ne cogāt ad exhibēdū formulā.accipe ſū ipſe i edēdo hæſitator tāen meā quoq; cūctationē tarditatēq; uiciſti.Proīde aut rūpe moras:aut caue ne eoſdē iſtos libellos: quos tibi hendecaſyllabi noſtri blāditiis elicere nō poſſūt:cū uitioſius ſchazōtes extorquēt: perfectū opus abſolutūq; eſt:nec iam ſplēdeſcit lima:ſed atterit.patere me uidere titulū tuum. patere audire deſcribi:legi.uenire uolumia Tranqlli mei:æquū eſt nos i amore tā mutuo eandē percipere ex te uoluptatem:qua tu perfrueris ex nobis. Vale.

C.Plinius Fabato proſocero ſuo ſalutem.

& dominos habẽt.non enim iã ſerũi principis noſtri amici:ſed nos ſumus.nec pater patriæ alienis ſe mancipiis carioré quã ciuibus ſuis credit.omnis accuſatore domeſtico liberaſti:unoq; ſalutis publicæ ſigno illud:ut ſic dixerim:ſeruile bellũ ſuſtuliſti:in quo non minus ſeruis quã dominis præſtitiſti.hos enĩ ſecuros:illos bonos feciſti.Non uis interea laudari:nec fortaſſe laudanda ſint:grata ſunt tamen recordantibus principẽ illũ in capita dominoꝝ ſeruos ſubornantẽ:monſtrantẽq; crimina:quæ tanq̃ delata puniret:magnum & ĩeuitabile ac totiẽs cuiq; experiendũ malum:quotiens quiſq; ſimiles principi ſeruos haberet.In eodẽ genere ponendũ eſt quod teſtamenta noſtra ſecura ſunt:nec unus oĩum nũc quia ſcriptus hæres:nõ tu falſis non tu iniqs tabulis aduocaris.nullius ad te iracundia:nullius impietas:nullius furor cõfugit:nec qa offẽdit alius nũcuparis:ſed qa ipẽ meruiſti.Scriberis ab amicis:ab ignotis p̃teriris:nihil q; ĩter priuatũ & principem intereſt:niſi qđ nũc a pluribus amaris:nam & plures amas.Tenes Cæſar hunc curſum:& probaťexpimento:ſit ne feracius & uberius non ad laudem modo: ſed ad pecuniã principi:ſi hærede illo mori homines uelint:quam ſi coganť.Donauit pater tuus multa:& ipſe donaſti : ceſſerit parum gratus : manent tamen ii qui bonis eius:nihilq; ex illis ad te niſi gloria redit.nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus : clariorem ingratus facit.Sed quis ante te laudem iſtam pecuniæ prætulit? quotus quiſq; prĩcipum ne id quidem in patrimoniis noſtris ſuum duxit.quod eſſet de ſuo? nonne ut regum: ita Cæſarum munera illitos cibis hamos: opertos præda laqueos æmulabantur? cum priuatis facultatibus uelut hauſta & multiplicata retro ſecum quicquid attigerant referrent. Quam utile eſt ad uſum ſecundorum per aduerſa ueniſſe.Vixiſti nobiſcum: periclitatus eſt:timuiſti quæ tunc erat innocentium uita:ſcis & expertus es quantopere deteſtentur malos principes etiam qui malos faciunt. meminiſti quæ optare nobiſcũ:quæ ſis queri ſolitus. Nam priuato iudicio principem geris.meliorem immo te præſtas:q̃ tibi alium precabare.Itaq; ſic imbuti ſumus:ut quibus erat ſumma uotorum melior peſſimo princeps:iã nõ poſſimus niſi optimũ ferre. Nemo ẽ ergo tã tui tã ignarus ſui:ut locũ ipſum poſt te cõcupiſcat.facilius ẽ ut eẽ aliqs ſucceſſor tuus poſſit:quã ut uelit.qs enĩ curæ tuæ molẽ ſpõte ſubeat?qs cõparari tibi nõ reformidet?Exptus & ipſe es q̃ ſit onerosũ ſuccedere bono principi:& afferebas excuſationem adoptati. An prona

paruaq; ſunt ad æmulandũ qđ nemo ĩcolumitatẽ turpitudinẽ rẽ-
pẽdit?Salua ẽ oĩbus uita & dignitas uitæ:nec iã cõſideratus ac ſapi
ens q ætatẽ ĩ tenebris agit.Eadẽ qppe ſub prĩcipe uirtutibus præ-
mia q ĩ libertate.nec benefactis tantũ & cõſciẽtia merces.Amas cõ
ſtantiã ciuiũ:rectoſq; ac uiuidos animos nõ:ut alii:cõtundis ac de-
primis:ſed foues & attollis.Prodeſt bonos eẽ:cũ ſit ſatis abũdeq; ſi
nõ nocet.His honores.his ſacerdotia.his ꝓuincias offers:hi amici-
cia tua hi iudicio florent.acuunt̃ iſti ĩtegritatis & ĩduſtriæ pretio:ſi
miles diſſimiles alliciunt̃:nam præmia bonoꝝ maloꝝq; bonos ac
malos faciunt.Pauci adeo ĩgenio ualent: ut nõ turpe honeſtũq;:ꝑ-
ut bene ac ſecus ceſſit:expectant fugiãtue:cæteri ubi laboris ĩertiæ
uigilãtiæ ſomno frugalitatis luxuriæ merces dat̃ : eadẽ iſta quibus
alios artibus aſſecutos uident cõſectant̃: qualeſq; ſunt illi: tales eẽ
& uideri uolunt:& dũ uolunt fiunt.Et priores qdem principes ex-
cepto patre tuo ꝑterea uno aut altero:& nimis dixi: uitiis potius ci
uium quã uirtutibus lætabant̃:primũ qđ in alio ſua quẽq; natura
delectat:deĩde quos patientiores ſeruitutis arbitrabant̃ : quos non
deceret eſſe niſi ſeruos:hoꝝ in ſinũ oĩa cõgerebant: bonos autem
ocio aut ſitu obſtruſos & q̃ſi ſepultos non niſi delationibus & peri
culis ĩ lucẽ ac diẽ ꝓferebãt.Tu amicos ex optimis.& hercule æquũ
ẽ eſſe eos cariſſimos bono principi:q iuiſi malo fuerĩt.Scis ut ſicut
diuerſa natura dominatio & prĩcipatus: ita non aliis eẽ principem
gratiorẽ:q̃ q maxime dominũ grauent̃.Hos ergo ꝓuehis & oſten-
tas q̃ſi ſpecimen & exẽplar:quæ tibi ſecta uitæ : qđ hominũ genus
placeat.& iõ nõ cenſurã adhuc nõ præfecturã moꝝ recepiſti qa ti-
bi beneficiis potiuſq̃ remediis ingenia noſtra expiri placet.& alio-
qn neſcio an plus moribus cõferat princeps:qui bonos eẽ patit̃ :q̃
q cogit.Flexibiles quãcũq; ĩ partem ducimur a principe:atq;:ut ita
dicam:ſequaces ſumus:huic enĩ cari:huic ꝓbati eẽ cupimus quod
fruſtra ſperauerũt diſſimiles. eoq; obſequii cõtinuatione perueni-
mus:ut ꝓpe oẽs homines unius moribus uiuamus.porro nõ tã ſi-
niſtre cõſtitutũ eſt:ut q malum principẽ poſſumus:bonũ nõ poſſi
mus imitari.Perge modo Cæſar: & uim effectũq; cenſuræ tuũ ꝓ-
poſitũ tui actus obtinebũt.nam uita principis cenſura eſt:eaque ꝑ-
petua:ad hanc dirigimur:ad hanc conuertimur:nec tam impio no
bis opus eſt:quam exemplo.quippe ĩfidelis recti magiſter ẽ metus:
melius homĩes exemplis docẽt̃:quæ in primis hoc ĩ ſe boni habẽt:
qđ approbãt quæ præcipiũt fieri poſſe.Et qs terror ualuiſſet effi-

tere qđ reuerentia tui effecit.obtinuit aliqs:ut ſpectaculũ panto-
mimoꝝ po.ro.tolli patereť:ſed nõ obtinuit ut uellet:rogatus es tu
quod cogebat alius:cœpitq̃ eſſe beneficiũ quod neceſſitas fuerat.
neq̃.n.a te minore cõcentu ut tolleres pantomĩos:quã a patre tuo
ut reſtitueret exactum eſt. Vtrũq̃ recte:nam & reſtitui oportebat
quos ſuſtulerat malus prĩceps:& tolli reſtitutos.In his.n.quæ a ma
lis bene fiunt:hic tenendus eſt modus ut appareat auctorẽ:nõ diſ-
plicuiſſe factum.Idẽ ergo populus ille aliquãdo ſcænici ĩperatoris
ſpectator & applauſor nunc ĩ pãtomimis quoq̃ aduerſať & dãnat
effœminatas artes:& ĩdecora ſæculo ſtudia. Ex quo manifeſtum ẽ
prĩcipum diſciplinã capere hæc uulgus:cum rẽ ſi ab uno fiat ſeue
riſſimã fecerĩt oẽs .Macte hac grauitatis gloria Cæſar qua cõſecu
tus es:ut qđ antea uis & ĩperium:nunc mores uocareň. Caſtigaue
runt uitia ſua ipſi q caſtigari merebanť:iidemq̃ emẽdatores q emẽ
dandi fuerunt.Itaq̃ nemo de ſeueritate tua queriť:& libeꝝ eſt que
ri.Sed cum ita cõparatum ſit: ut de nullo minus prĩcipe querãť ho
mines q̃ de quo maxĩe licet:tamen in ſeculo nihil eſt quo nõ oẽ ho
minum genus læteť & gaudeat:boni ꝓuehunť:mali q eſt tranqł-
liſſimus ſtatus ciuitatis nec timent:nec timenť.Mederis erroribus
ſed ĩplorantibus oĩbuſq̃ quos bonos facis hanc aſtruis laudem ne
coegiſſe uidearis.Quid uitã? qd morẽs iuuentutis? q̃ principaliter
formas? quẽ honorẽ dicendi magiſtris? q̃ dignitatem ſapientiæ do
ctoribus habes? ut ſub te ſpiritum & ſanguinẽ & patriã receperũt
ſtudia quæ prioꝝ tempoꝝ ĩmanitas exiliis puniebat:cum ſibi uiti
oꝝ omnium cõſcius prĩceps inimicas uitiis artes nõ odio magiſq̃
reuerentia relegaret.At tu eaſdẽ artes ĩ cõplexu oculis auribus ha-
bes. p̃ſtas.n.quæcunq̃ p̃cipiunt.tãtũq̃ eas diligis q̃tũ ab illis ꝓba-
ris.An qſq̃ ſtudia humanitatis ꝓfeſſus nõ cũ oĩa tua: tum uel ĩ pri
mis laudibus ferat admiſſionum tuaꝝ facilitatẽ? Magno qdem aio
parens tuus hãc ante hos prĩcipes arcem publicarum ædium no-
mine inſcripſerat:fruſtra tamen:niſi adoptaſſet qui habitare ut in
publicis poſſet. Quam bene cum titulo iſto moribus tuis conue-
nit:quanq̃ omnia ſic facis tanq̃ nõ alius inſcripſerit.Quod.n. foꝝ
quæ templa tam reſerata? nõ capitoliũ ipſaq̃ illa adoptionis tuæ ſe
des magis publica magis omniũ.Nullæ obices: nulli contumeliaꝝ
gradus:ſuperatiſq̃ iã mille liminibus ultra ſemꝑ aliqua dura & ob
ſtantia.Magna ante te:magna poſt te:iuxta tamen maxima quies.
tantum ubiq̃ ſilentium:tam altus pudor: ut ad paruos penates &

larem anguſtũ ex domo prĩcipis modeſtiæ & trãqllitatis exẽpla re
ferantur.Ipſe aũt ut excipis omnes:ut expectas:ut magnã partẽ die
rum iter tot imperii curas quaſi p ocium tranſigis.Itaq; nõ alii ut
attoniti:nec ut periculum capitis adituri tarditate:ſed ſecuri & hila
res cũ cõmodum eſt cõuenimus:& admittente principe interdum
eſt aliqd:qđ nos domi qſi magis neceſſarium teneat.excuſati ſemp
tibi:nec unq̃ excuſandi ſumus.Scis enim ſibi quẽq; pſtare quod te
uideat:quod te frequentet: ac tanto liberalius ac diutius uolupta
tis huius copiam pbes.Nec ſalutatiões tuas fuga & uaſtitas ſequit.
remoramur:reſiſtimus ut in cõi domo:quam nup imaniſſima bæl
lua plurimo terrore munierat: cũ uelut quodã ſpecu incluſa nunc
ꝓpinquoꝝ ſanguinem lamberet:nũc ſe ad clariſſimoꝝ ciuiũ ſtra-
ges cædeſq; ꝓferret. Obuerſabant foribus horror & minæ: & par
metus admiſſis & excluſis. Ad hæc ipſe occurſu quoq; uiſuq; terri-
bilis:ſupbia ĩ frõte:ira ĩ oculis:fœmineus pallor ĩ corpore:ĩ ore im
pudentia multo rubore ſuffuſa.nõ adire qſq̃ nõ adloq audebat:te-
nebras ſemp ſecretũq; captãtẽ:nec unq̃ ex ſolitudine ſua ꝓdeuntẽ:
niſi ut ſolitudinẽ faceret. Ille tamen qbus ſibi parietibus & muris
ſalutẽ ſuã tueri uidebat:dolũ ſecum & iſidias & ultorẽ ſceleꝝ deũ
incluſit.dimouit pfregitq; cuſtodias pœna: ãguſtoſq; per aditus &
obſtructos nõ ſecus ac p apertas fores & inuitantia limina irrupit:
lõgeq; tũc illi diuinitas ſua:lõge arcana illa cubilia ſæuiq; ſeceſſus:
in quos timore & ſuperbia & odio hominũ agebat. Quanto nunc
tutior:q̃to ſecurior eadem domus:poſtq̃ eius non crudelitatis: ſed
amoris excubiis:nõ ſolitudĩe & clauſtris defẽdit.& qd ergo diſcius
expimẽto fidiſſimã eẽ cuſtodiã prĩcipis ipſius ĩocẽtiã:hæc arx iac
ceſſa:hoc ĩexpugnabile mũimẽtũ:mũimẽto nõ egere fruſtra ſe ter
rore ſuccinxerit:q ſeptus caritate nõ fuerit.armis.n.arma irritant.
Num aũt ſerias tãtũ ptes dieꝝ ĩ oculis noſtris cœtuq; cõſumis: nõ
remiſſiõibus tuis eadẽ frequẽtia eadẽq; illa ſocialitas ĩtereſt? Nõ ti
bi ſemp ĩ medio cibus:ſempq; menſa cõis? nõ ex cõuictu nr̃o mu-
tua uoluptas? nõ ꝓuocas reddiſq; ſermões? nõ ipſum tpus epulaꝝ
tuaꝝ:cũ frugalitas cõtrahat:extẽdit humanitas? Nõ.n. ãte mediũ
diẽ diſtẽtus ſolitaria cœna ſpectator adnotatorq; cõuiuis tuis ĩmi
nes:nec ieiunis & ĩanibus plenus ipſe eructãs nõ tã apponis q̃ obii-
cis cibos:quos dedigneris attĩgere:ægreq; ppeſſus ſupbiã illam cõ-
uictus ſimulationẽ rurſus te ad clãdeſtinã ganeam occultũq; luxũ
refers.Ergo non auꝝ nec argentũ nec exqſita ingenia cœnaꝝ: ſed

ſuauitaté tuã iucũditatéq; miramur:qbus nulla ſatietas adeſt:quã
do ſincera oĩa & uera & ornata grauitate. Neq; enim aut ꝑegrinæ
ſuperſtitiõis miſteria:aut obſcœna petulãtia menſis principis ober
rat:ſed benigna ĩuitatio:& liberales ioci & ſtudioꝝ honor.Inde ti-
bi parcus & breuis ſõnus nullumq; amore noſtri anguſtius tẽpus:
quã quod ſine nobis agis.Sed cum rebus tuis ut participes perfrua-
mur:quæ habemus ipſi:quam propria quam noſtra ſunt? non enĩ
exturbatis prioribus dominis omne ſtagnum omnem lacum om-
nem etiam ſaltum immenſa poſſeſſione circũuenis:nec unius ocu
lis flumina fontes maria deſeruiunt. Et quid Cæſar non ſuum ui
deat? tandemque imperium principis:quam patrimonium maius
eſt. multa enim ex patrimonio refert in imperium quæ priores
principes occupabãt:nõ ut ipſi fruerẽtur:ſed ne quis alius.Ergo in
ueſtigia ſedeſque nobilium immigrant pares domini:nec iam cla-
riſſimorum uirorum receptacula habitatore ſeruo teruntur: aut
fœda uaſtitate procumbũt. Datur intueri pulcherrimas ædes de-
terſo ſitu auctas ac uigentes. Magnum hoc tuum non erga ho-
mines modo:ſed erga tecta ipſa meritum: ſiſtere ruinas: ſolitudi-
nem pellere:ingentia opera eodem quo extructa ſũt animo ab in-
teritu uindicare. muta quidem ille & anima carentia: ſentire ta-
men & lætari uidentur:quod niteant: quod frequententur: quod
aliquando cœperint eſſe donum ſcientis. Circunfertur ſub no-
mine Cæſaris tabula ingens rerum uænalium: quod ſit deteſtan-
da auaricia illius qui tam multa concupiſcebat: cum haberet ſu-
peruacua tam multa:tamen exitialis erat apud principem:huic la-
xior domus:illi amœnior uilla. Nũc princeps in hæc eadẽ domĩos
quærit:ipſe inducit.ipſos illos magni aliquãdo iꝑatoris hortos il
lud nũq̃ niſi Cæſaris ſuburbanũ licemur eminus ĩplemus. Tãta be
nignitas principis:tanta ſecuritas tẽpoꝝ eſt:ut ille nos prĩcipalibus
rebus exiſtimet dignos:nos non timeamus qđ digni eſſe uidemur.
Nec uero emendi tantum ciuibus tuis copiã præbes: ſed amœniſſi
ma quæq; largiaris & donas.ita ĩquam donas in quæ electus:ĩ quæ
adoptatus es.tranſfers qđ iudicio accepiſti: ac nihil magis tuũ cre-
dis:quã qđ per amicos habes.Idem tam parcus ĩ ædificando q̃ dili-
gens in tuendo.Itaq; nõ ut ante ĩmaniũ tranſuectiõe ſaxoꝝ urbis
tecta quatiuntur.ſtant ſecuræ domus:nec iam tẽpla nutantia.Satis
ẽ tibi nimiũq; cũ ſucceſſeris frugaliſſimo prĩcipi magis reiicere ali-

quid & amputare ex his:quæ prĩceps tanq̃ neceſſaria reliquit. Præ
terea pater tuus uſibus ſuis detrahebat:quæ fortũa ĩperii dederat:
tutiuſq; pater. At quam magnificus in publicũ es:hic porticus: in
de delubra occulta celeritate properantur:ut non cõſumata: ſed tã
tum commutata uideantur. Hinc immenſum latus circi templo-
rum pulchritudinem prouocat:digna populo uictore gentium ſe-
des:nec minus ipſa uiſenda:quam quæ ex illa ſpectabunt̃. uiſenda
autem cum cætera ſpecie:tum quod æquatus plebis ac principis
locus. Si quidem per omne ſpatium una facies:omnia continua &
paria:nec magis proprius ſpectandi Cæſaris ſuggeſtus:quam pro-
pria quæ ſpectet. Licebit ergo ciuibus tuis inuicem contueri. dabi
tur non cubiculum principis ſed ipſum principem cernere in pu-
blico in populo ſedentem:populo cui locorum quinq; milia adie-
ciſti. auxeras enim numerum eius congiarii facilitate: maioreq́; in
poſteꝝ ſuſcipi liberalitatis tuæ fide iuſſeras. Hoꝝ unum ſi p̃ſtitiſ-
ſet alius illi iãdudum radiatum caput:& media inter deos ſedes au
ro ſtaret aut ebore: auguſtioribuſq; aris & grandioribus uictimis
inuocaret̃. Tu delubra nõ niſi adoraturus ĩtras. tibi maximus ho-
nor excubare ꝓ templis:poſtibuſq; prætexi. Sic fit ut dei ſummũ
inter hoĩes faſtigium ſeruent cum deoꝝ ipſe nõ adeptus. Itaq; tuã
ſtatuã in ueſtibulo Iouis optimi maximi unã alteramue & hãc ære
am cernimus:at paulo ante aditus oẽs oẽs gradus totaq; area hinc
auro hinc argento relucebat:ſeu potius polluebat̃:cum inceſti prĩ
cipis ſtatuis p̃mixta deorum ſimulachra ſorderent. Ergo iſtæ qdẽ
aureæ & paucæ manẽt manebũtq; q̃diu tẽplum ipſum. illæ aũt &
innumerabiles ſtrage & ruina publico gaudio litauerũt. Iuuabat il
lidere ſolo ſup̃biſſimos uultus:iſtare ferro:ſæuire ſecuribus ut ſi ſĩ
gulos ictus ſanguis dolorq; ſequeret̃. Nemo tã tẽperans gaudii ſe-
ræq; læticiæ:q̃n inſtar ultionis uideretur cernere laceros artus trũ
cata membra:poſtremo truces horrẽdaſq; imagines abiectas exco
ctaſq; flãmis:ut ex illo terrore & minis in uſum hoĩum ac uolupta
tes ignibus mutarent̃. Simili reuerẽtia Cæſar nõ apud geniũ tuum
bonitati tuæ gratias agi ſed apud numẽ Iouis optimi maximi pate
ris. illi debere nos q̃cquid debeamus. illius q̃d bene facias muneris
eſſe q̃ te dedit. Ante qdẽ ĩgentes hoſtiaꝝ greges p̃ capitolium iter
magna ſui p̃te uelut ĩtercepti diuertere uia cogebant̃:cũ ſæuiſſimi
domini atrociſſima effigies tãto uictimaꝝ cruore coleret̃:quãtum
ipſe humani ſanguinis ꝓfundebat. Oĩa. P. C. quæ de aliis principi-

bus a me aut dicunť aut dicta ſunt:eo ptinēt ut oſtendam q̄ longa
cōſuetudine corruptos deprauatoſq; mores principatus parens no
ſter reformet & corrigat:alioqn nihil non paꝝ gratæ ſine cōpara
tione laudať.Præterea hoc primū erga optimū impatorē pioꝝ ci-
uium officium ē ĩſeq diſſimiles neq; enī ſatis amarit bonos princi-
pes:qui malos ſatis non oderit.Adiice qđ ĩperatoris noſtri nō aliud
āplius ac diffuſius meritū ē:q̄ quod ĩſectari malos principes tutū ē.
An excidit dolori noſtro modo uĩdicatus Nero?permitteret credo
famā uitāq; eius carpi:qui mortē ulciſcebať nec ut in ſe dicta ĩterp̄
tareť:quæ de ſimillimo dicerenť.Quare ego te Cæſar muneribus
oībus tuis oībus cōparo:multis ātepono:qđ licet nobis & ĩ præte-
ritū de malis ĩperatoribus quotidie uĩdicari & futuros ſub exēplo
præmonere:nullū locum nullū eē tēpus:quo funeſtoꝝ principum
manes a poſteroꝝ execrationibus conquieſcant.Quo conſtantius
P.C.& dolores noſtros & gaudia ꝓferamus:ĩgemiſcamus illis quæ
patiebamur.Simul utrūq; faciēdū eſt ſub bono prĩcipe.Hoc ſecre-
ta noſtra:hoc ſermōes:hoc ipſæ gratiaꝝ actiōes agūt.Meminerĩtq;
ſic maxime laudari incolumē ĩperatorē:ſi priores ſecus meriti rep̄-
hendanť.Nam cum de malo principe poſteri tacent:manifeſtum ē
eadem facere præſentem.Et qs iam locus miſeræ adulationis ma-
nebat?gnarus cum laudes ĩperatoꝝ ludis etiā & cōmeſatiōibus ce-
lebrarenť:ſaltarenturq; atq; ĩ omne ludibriū effœminatis uocibus
modis geſtibus frangerenť.ſed illud indignū quod eodem tempo-
re in ſenatu & ĩ ſcæna ab hiſtrione & a cōſule laudabanť.Tu ꝓcul
a tui cultu ludicras artes remouiſti.Seria ergo te carmina honorq;
æternus ānalium:nō hæc breuis & pudenda prædicatio colit.quin
ēt tāto maiore cōſēſu ĩ uenerationē tui theatra ipa cōſurgēt:quāto
magis de te ſcænæ ſilebūt.Sed qd ego iſtud admiror?cū eos quoq;
honores:qui tibi a nobis offerūtur:aut delibare parciſſime:aut oīo
ſoleas recuſare.Nihil āte tā uulgare tā paruū ĩ ſenatu agebať: ut nō
laudibus principum ĩmorareť quibuſcunq; cenſendi neceſſitas ac-
cidiſſet.De ampliando numero gladiatoꝝ: aut de ĩſtituendo colle
gio fabroꝝ conſulebamur:& quaſi prolatis imperii finibus nūc ĩ-
gentes arcus exceſſuroſq; temploꝝ faſtigium titulos:nunc menſes
ēt nec hos ſigulos nomini Cæſaꝝ dicabāus.patiebāť illi: & q̄ſi me
ruiſſent:lætabanť.At nunc quis noſtrū tāquā oblitus eius de quo
refertur cenſendi officium principis honore cōſumunt? Tuæ mo-
derationis hæc laus conſtantia noſtra.& tibi obſequimur:quod in

curiam non ad certamē adulationū:ſed ad uſum munuſqꝫ iuſticiæ
cōuenimus:hāc ſiplicitati tuæ ueritatiqꝫ gratiā relaturi: ut te quæ-
uis uelle:quæ nō uis nolle credamus.Incipimus īde:deſinimus ibi:
a quo īcipi:in quo deſini ſub alio principe nō poſſet. nam plæroſqꝫ
ex decretis honoribus & alii non receperunt:nemo āte tantus fuit:
ut crederet̄ noluiſſe decerni.Quod ego titulis oībus ſpecioſius re
or:quādo nō trabibus aut ſaxis nomē tuum:ſed monumētis æter
næ laudis incidit̄.Ibit ī ſæcula fuiſſe pricipē:cui florēti & īcolumi
nunq̄ niſi modici honores ſæpius nulli decernerentur. Et ſane ſi
uelimus cum prioꝝ tēpoꝝ neceſſitate certare uincemur.īgenioſi-
or eſt.n.ad excogitādū ſimulatio ueritate:ſeruitus libertate: metus
amore.Simul cū iampridē nouitas oīs adulatiōe cōſumpta ſit:non
alius erga te nouus honor ſupeſt: quā ſi aliquando de te tacere au-
deamus.Age ſi qnādo pietas noſtra ſilentiū rupit:& uerecūdiam tu
am uicit:quæ qualiaqꝫ decernimus nos:tu non recuſas: ut appare-
at nō ſuperbia & faſtidio te āpliſſimos honores repudiare:qui mīo
res nō dedigneris.Pulchrius hoc Cæſar quā ſi recuſares oēs. nā re-
cuſare oēs ambitiōis:moderatiōis ē eligere parciſſimos.Quo tēpe-
ramento & nobis & ærario prodes:qd̄ ſūptibus eius adhibes mo-
dum:& q exhauſtū nō ſis inocentiū bonis repleturus. Stant igitur
effigies tuæ q̄les olim ob egregia ī remp.merita priuatis dicabant̄.
uiſunt̄ eadē e materia Cæſaris ſtatuæ q̄ Brutoꝝ q̄ Camilloꝝ.Nec
diſcrepat cā:illi.n.reges hoſtēqꝫ uictorē mœnibus depulerūt.hic re
gnum ipm:quæqꝫ alia captiuitas gignit:arcet ac ſubmouet : ſedēqꝫ
obtinet principis:ne ſit domio locus.Ac mihi īuenti ſapientiā tuā
minus miꝝ uidet̄:quod mortales iſtos caducoſqꝫ titulos aut dep̄-
ceris aut temperes.ſcis.n.ubi uera principis:ubi ſempiterna ſit glo-
ria:ubi ſint honores in quos nihil flāmis:nihil ſenectuti: nihil ſuc-
ceſſoribus liceat:Arcus.n.& ſtatuas aras ēt tēplaqꝫ demolit̄ & ob-
ſcurat obliuio:negligit carpitque poſteritas.cōtra cōtemptor ambi
tiōis:& īfinitæ poteſtatis domitor ac frænator animus ipa uetuſta-
te floreſcit:nec ab ullis magis laudat̄:quā qbus minime neceſſe ē.
Nō ergo ꝑpetua pricipi fama:quæ īuitū māet:ſed bōa cōcupiſcēda
ē.ea porro nō imaginibus & ſtatuis: ſed uirtute ac meritis ꝓrogat̄.
Quin ēt leuiora hæc formā pricipis figurāqꝫ:nō aurū melius uel ar
gētū quā fauor hoīum exprimat teneatqꝫ:qd̄ qdē ꝓlixe tibi emula
te que cōtigit:cuius lætiſſima facies & amabilis uultus ī oīum ciui
um ore oculis aīo ſedet.Adnotaſſe uos credo patres con.iādudum

me nõ eligere quæ referã.ppoſitũ ẽ.n.mihi pricipẽ laudare: nõ pricipis facta:nã laudabilia multa ẽt mali faciũt: ipſe laudari niſi optimus nõ põt.Quare nõ alia maior ĩpator Auguſte gloria tua:quam qđ agẽtibus tibi gratias nihil uelandũ ẽ:nihil omittendũ ẽ.Quid ẽ eni ĩ pricipatu tuo:qđ cuiuſq̃ ꝑdicatio uel trãſilire uel præteruehi debeat?qđ momẽtum:quod ĩmo tẽporis punctũ aut beneficio ſterile aut uacuũ laude?non oĩa eiuſmodi ut is optime te laudaſſe uideat:q narrauerit fideliſſime?Quo fit ut prope in ĩmenſum diffundat oratio mea:& nec dum de biennio loquor.Quã multa dixi de moderatiõe:& quãto plura adhuc reſtant:ut illud qđ ſecũdũ conſulatũ recepiſti:qa princeps & pater deferebat.At poſtq̃ ad te ĩperii ſũmã:& cũ oĩum reꝝ tũ ẽt tui poteſtatẽ dii trãſtulerit:tertiũ cõſulatũ recuſaſti:cũ agere tã bonũ cõſulẽ poſſes.Magnum eſt differre honorẽ:gloriã maius.Geſtũ cõſulatũ mirer:an nõ receptũ? Geſtus nõ ĩ hoc urbis ocio & ĩtimo ſinu pacis:ſed iuxta barbaras gẽtes:ut illi ſolebãt:qbus erat moris paludamẽto mutare prætextam : ignotaſq; terras uictoria ſeq.Pulchꝝ ĩperio:glorioſum tibi:cum te ſocii atq; amici ſua ĩ patria ſuis ĩ ſedibus adierũt. Decora facies cõſulis: multa poſt ſæcula tribunal uiridi ceſpite extructũ: nec faſciũ tãtũ: ſed piloꝝ ſignoꝝq; honore circũdatũ : augebãt maieſtatẽ ꝑſidẽtis diuerſi poſtulãtiũ hĩtus:ac diſſonæ uoces:raraq; ſine ĩterpte orõ. Magnificũ ẽ ciuibus iura:qd hoſtibus reddere? ſpecioſũ certã fori pacẽ:qd ĩmanes cãpos ſella curuli Victoriſq; ueſtigio premere?ĩminere minacibus ripis tutũ qetũq; . qd ſpernere barbaros fremitus? hoſtilẽq; terrorẽ nõ armoꝝ magiſq̃ togaꝝ oſtẽtatiõe compeſcere? Itaq; nõ te apud imagĩes:ſed ipm præſentẽ audientẽq; cõſalutabãt ĩperatorẽ:nomẽq; qđ alii domitis hoſtibus tu cõtemptis merebare.Hæc laus acti cõſulatus:illa dilati:qđ adhuc initio pricipatus ut iã excuſatus honoribus & expletus cõſulatũ recuſaſti:quẽ noui ĩpatores đſtinatũ aliis ĩ ſe trãſferebãt. Fuit ẽt q ĩ pricipatus ſui ſine cõſulatũ:quẽ dederat:ipſe magna ex pte iã geſtum extorqueret & raperet.Hoc ergo honore quẽ & ĩcipientes pricipes & deſinẽtes adeo concupiſcunt ut auferant:tu ocioſo ac uacante priuatis ceſſiſti. Inuidioſus ne erat aut tibi tertius conſulatus?aut principi primus?nã ſecundum Imp.quidem ſub Imp.tamen iniſti : nihilq; imputari in eo uel honori poteſt uel exemplo : niſi obſequium. Ita uero quæ ciuitas quinquies atq; etiam ſexies conſules uidit:nõ illos qui expirãte iam libertate ꝑ uim ac tumultum creabant:ſed quibus ſepoſi-

tis & abſentibus in rura ſua cõſulatus ferebant̃:in hac ciuitate ter tium conſulatũ princeps generis humani ut per grauem recuſaſti? Tanto ne Papirus ẽt & q̃ntius moderatior Auguſtus & Cæſar & pater patriæ? At illos reſp.ciebat.q̃d te nõ eadẽ reſp? nõ ſenatus? nõ cõſulatus ipſe? qui ſibi tuis humeris attolli & augeſcere uidet̃. Nõ te ad exemplar eius uoco:q̃ cõtinuis cõſulatibus fecerat longũ quẽ dam & ſine diſcrimine annũ:his te cõfero quos certũ eſt:quotiens conſules fuerũt non ſibi præſtitiſſe.Erat in ſenatu ter conſul: cum tu tertium conſulatũ recuſabas. Oneroſum neſcio q̃d uerecundiæ tuæ cõſenſus noſter ĩdixerat:ut prĩceps totiens cõſul eſſes:quotiẽs ſenator tuus nimia modeſtia iſtud ẽt priuatus recuſaſſes. An cõſula ris uiri triũphaliſq; filius cũ tertio conſul creat̃ aſcendit nõ debitũ hoc illi? non uel ſola generis claritate præmeritũ? Cõtingit ergo pri uatis aꝑire ãnũ:faſtoſq; reſerare.& hoc quoq; redditæ libertatis iu-diciũ fuit:q̃d conſul alius q̃ Cæſar eſſet. Sic exactis regibus cœpit liber ãnus. Sic olim ſeruitus pulſa priuata faſtis nõia induxit miſe-ros ãbitionis qui ita cõſules ſemꝑ:ut ſemper prĩcipes erant:q̃q̃ nõ ambitio magis q̃ liuor & malignitas uideri põt:oẽs annos poſſide-re:ſũmũq; illud purpuræ decus nõ niſi præcerptũ ꝑfloratũq; tráſ-mittere. Tuam uero magnanimitatem an modeſtiam an benigni-tatem prius mirer? Magnanimitas fuit expetito ſemper honore ab ſtinere. modeſtia cedere. benignitas ꝑ alios frui. Sed iam tempus eſt te ipſi conſulatui præſtare:ut maiorẽ eum ſuſcipiendo gerẽdo-q; facias.nam ſæpius recuſare ambiguã ac potius illam interpreta-tionem habet:tanq̃ minorem putes. Tu q̃dem ut maximũ recuſa-ſti:ſed hoc perſuadere nemini poteris: niſi aliq̃do & non recuſaue-ris. Cum arcus cum trophea cũ ſtatuas deprecaris:tribuenda eſt ue recundiæ tuæ uenia:illa.n.ſane tibi dicant̃ : cum uero poſtulamus ut futuros principes doceas inertiæ renũciare:pauliſper delitias dif ferre:pauliſper & ſaltem ad breuiſſimũ tempus ex illo felicitatis ſõ no uelut excitati ĩduere prætextam:q̃ cum dare poſſent occuparẽt aſcendere curulem q̃ detineant:eſſe deniq; q̃d cõcupierunt: nec iõ tantum uelle conſules fieri ut fuerint. Geſſiſti alteꝝ conſulatum: ſcio:illum exercitibus illũ ꝓuinciis illum ẽt cæteris gentibus pote ris imputare:nõ potes nobis. Audimus q̃dem te omne munus con ſulis obiiſſe:ſed audimus. diceris iuſtiſſimus humaniſſimus patien tiſſimus fuiſſe:ſed diceris. æquũ eſt aliquando nos iudicio noſtro noſtris oculis non famæ ſemper & rumoribus credere. Quouſq;

abſentes de abſente gaudebĩus? liceat expiri. an aliqd ſupbiæ tibi il le ipſe ſecũdus cõſulatus attulerit. multũ i commutandis moribus hoĩum medius ãnus ualet: i prĩcpiũ plus. Dicius qdé cui uirtus ali qua cõtigat oés ĩeſſe: cupius tamẽ expiri: an nũc quoq; una eadẽq; res ſit: bonus cõſul & bõus prĩceps. Nã ꝑter id qđ eſt arduum: duas eaſq; ſimul capere poteſtates ſũmas: tũ ineſt utriq; nõnulla diuerſi tas. cum principẽ q̃ diſſimillimũ deceat. Atq; ego uideo ꝓximo an no cõſulatus recuſandi hanc præcipuã fuiſſe rõné: quod eũ abſens gerere non poteras. ſed iam urbi uotiſq; publicis redditus: qd eſt in quo magis ſis approbaturus quæ quãtaq; fuerint quæ deſiderabamus. Parꝝ eſt ut ĩ curiã uenias niſi & cõuocas: ut interſis ſenatui niſi & præſides: ut cenſentes audias niſi & ꝓgas. uis illud auguſtiſſimũ conſul aliquando tribunal maieſtati ſuæ reddere? aſcende. uis cõſtare reuerentiã magiſtratibus legibus auctoritatẽ modeſtiã petulantibus? adire. Quod enim ĩtereſſet reip. ſi priuatus eſſes conſulem te haberet tantũ an & ſenatorẽ: hoc nunc ſcito ĩtereſſe prĩcipẽ te habeat tantũ an & cõſulem. His tot tantiſq; rõnibus q̃q̃ multũ reluctata uerecũdia prĩcipis noſtri tandem tamen ceſſit. At quẽadmodũ ceſſit? nõ ſe ut priuatis: ſed ut priuatos pares ſibi faceret. Recepit enĩ tertiũ cõſulatũ ut daret. nouerat moderationẽ hoĩum: nouerat pudorẽ: q nõ ſuſtinerent tertio cõſules eſſe niſi cum ter cõſule. Belloꝝ iſtud ſociis olim piculoꝝ cõſortibus parce tamẽ tribuebať. quod tu ſingularibus uiris ac de te qdé bene ac fortiter ꝑſtitiſti ſed in toga meritis. utriuſq; cura utriuſq; uigilãtia obſtrictus es Cæſar. Sed ĩ principe raꝝ ac ꝓpe ĩſolitum eſt: ut ſe putet obligatũ: aut ſi putet: amet. Debes ergo Cæſar & ſoluis. Sed cum ter conſules facis: nõ tibi magnus prĩceps: ſed nõ ĩgratus amicus uideris: qn etiã per q̃ modica quædã ciuium merita fortunæ tuæ uiribus ĩ maius extollis efficis. n. ut tantũ tibi qſq; ꝑſtitiſſe uideať: q̃tũ a te recipit. Quid iſti benignitati ꝑcer? niſi ut ſemꝑ obliges obligeris: ĩcertũq; facias utꝝ magis expediat ciuibus tuis debere tibi an ꝑſtitiſſe. Eqdem illum antiquũ ſenatũ cõtueri uidebar: cum ter cõſule aſſidẽte tertio conſulem deſignatum rogari ſententiam cernerem. Quanti tunc illi: q̃tuſq; tu. Accidit qdé ut corpora quælibet ardua & excel ſa ꝓcerioribus admota decreſcant: itẽ ut altiſſimæ ciuiũ dignitates collatiõe faſtigii tui quaſi deprimãť: q̃toq; ꝓpius ad magnitudinẽ tuã aſcẽderit: tantũ ẽt a ſua deſcendiſſe uideãť. Illos tamen tu quãq̃ nõ potuiſti tibi æquare cũ uelles. adeo ĩ edito collocaſti: ut tãtum

ſuper cæteros:q̃tū infra te cernerent.Si unius tertiū cōſulatū eun
dē in annū in quē tuū cōtuliſſes:īgentis aī ſpecimen haberet:ut.n.
felicitatis eſt q̃tū uelis poſſe:ſic magnitudinis uelle quātum poſſis.
Laudandus qdē & ille qui tertiū cōſulatum meruit:ſed magis ſub
quo meruit.magnus memorandusq̨ q tantū p̄miū cepit: ſed ma-
ior q capiēti dedit.Quid?q̨ duos pariter tertio conſulatu collegas
tui ſanctitate decoraſti?ut ſit nemini dubiū hāc tibi p̄cipuā cām fu
iſſe extēdendi cōſulatus tui:ut duoꝝ cōſulatus āplecteret & colle
gā te uni daret.Vterq̨ nup cōſulatū alteꝝ geſſerat a patre tuo:id ē
q̃to minus quā a te datū:utriuſq̨ adhuc oculis paulo ante dimiſſi
faſces oberrabāt:utriuſq̨ ſolēnis ille lictoꝝ & p̄nūcius clamor au-
ribus īſederat:cū rurſus curulis:rurſuſq̨ purpura: ut olī cū hoſtis ī
ꝓximo & in ſummū diſcrimen adducta reſp.exptū honoribus ui-
rum poſceret:non cōſulatus hoībus iiſdem:ſed iidē hoīes cōſulati
bus reddebant.Tāta tibi beneficiendi uis:ut indulgētiā tuā neceſſi
tas æmulet.Mō p̄textas exuerant:reſumāt.mō lictores abire iuſſe
rant:reuocēt.mō gratulantes amici receſſerant:reuertant.Hoīs ne
iſtud īgeniū eſt?hoīs poteſtas?renouare gaudia:redintegrare læti-
ciā.nullāq̨ requiē gratulatiōis dare:neq̨ alia repetēdis cōſulatibus
īterualla p̄mittere:niſi dū finiūt.Facias iſta ſēp:nec unq̃ ī hoc ope
aut aīus tuus aut fortūa laſſet.dies quā plurimis tertios cōſulatus
& cū plurimis tertios cōſulatus dederis:ſēp tamē plures qbus debe
as dare ſupſint.Oīum qdē beneficioꝝ q̄ merentibus tribuunt nō
ad ipſos gaudiū maius q̃ ad ſimiles redūdat.p̄cipue tamen ex hoꝝ
cōſulatu nō ad ptē aliq̃ ſenatus:ſed ad totū ſenatū tāta læticia p̄ue
nit:ut eūdē honorē oēs ſibi & dediſſe & accepiſſe uideāt. Nēpe.n.
hi ſunt:quos ſenatus cū publicis ſūptibus minuēdis optimū quēq̨
p̄ficeret:elegit eqdē prios.Hoc eſt igit hoc eſt qd penitus illos aīo
Cæſaris īſinuauit.An paꝝ ſæpe expti ſumus?hāc eſſe reꝝ cōditio
nē:ut ſenatus fauor apud prīcipē aut ꝓſit:aut noceat.Nō ne paulo
āte nihil magis exitiale erat quā illa prīcipis cogitatio?hūc ſenatus
ꝓbat.hic ſenatui carus eſt:oderat quos nos amaremus: ſed & nos
quos ille. Nūc īter prīcipē ſenatūq̨ digniſſimi cuiuſq̨ caritate cer-
tat.demōſtrāus īuicē:credimus īuicē:qdq̨ maximū amoris mutui
ſignū ē eoſdē amāus.Proīde.P.C.fauete apte:diligite cōſtanter.Nō
iā diſſimulādus eſt amor ne noceat:nō p̄mendū odiū ne ꝓſit. eadē
Cæſar q̄ ſenatus ꝓbat īprobatq̨. uos ille præſētes:uos ēt abſentes
in cōſilio hēt.tertio conſules fecit quos uos elegeratis: & fecit hoc

ordĩe quo electi a uobis erãt.Magnus uterq; ueſter ſiue eoſdẽ ma
xime diligit quos ſcit uobis eẽ cariſſimos:ſiue illis neminem p̄fert:
q̄uis aliquem magis amet.Propoſita ſunt ſenioribus præmia iuue-
nibus exempla.adeãt frequentent ſecuras tandem ac patentes do-
mos.q̄ſquis ꝓbatos ſenatui uiros ſuſcipit:hic maxime prĩcipem ꝓ
merenſ:ſibi enim accreſcere putat quod cuiq; adſtruaſ:nullãq; in
eo gloriam ponit quod ſit omnibus maior:niſi maximi fuerint q-
bus maior eſt.Perſta Cæſar in iſta ratione propoſiti: taleſq; nos cre
de:qualis fama cuiuſq; eſt.huic aures:huic oculos intende.ne reſpe
xeris clandeſtinas exiſtimationes: nulliſque magis quam audienti
bus inſidiantes ſuſurros.melius omnibus q̃ ſingulis creditur.ſingu
li enim decipere & decipi poſſunt:nemo omnes: neminem omnes
ſefellerunt. reuertor iam ad cõſulatum tuũ:& ſi ſunt quædã ad cõ
ſulatum qdẽ ꝑtinentia ante cõſulatũ tamen in primis qđ comitiis
tuis ĩterfuiſti:cãdidatus nõ cõſulatus tantũ ſed ĩmortalitatis & glo
riæ & exẽpli qđ ſequerenſ boni principes:mali mirarenſ. Vidit te
P.R.in illa uetere poteſtatis ſuæ ſede.ꝑpeſſus es lõgũ illud carmen
comitioꝝ:nec iã irridendam morã:cõſulq; ſic factus es:ut unus ex
nobis quos facis cõſules.Quotus qſq; prĩcipũ antecedentiũ hono
rem iſtum aut cõſulatui habuit?aut populo?non alii marcidi ſom-
no heſternaq; cœna redũdantes comitioꝝ ſuoꝝ nuncios opperie
banſ?Alii ſane ꝑuigiles & inſõnes ſed ĩtra cubilia ſua illis ipſis con
ſulibus:qbus cõſules renũciabãſ:exilia & cædẽ machiabãſ. O pra
ua & ĩſcia ueræ maieſtatis ambitio:cõcupiſcere honorem quẽ de-
digneris.dedignari quem cõcupieris:cũq; ex ꝓximis hortis campũ
& comitia ꝓſpectes:ſic ab illis abeſſe tãq̃ danubio rhenoq; dirima
re.auerſeris tu honori tuo ſperata ſuffragia:renũciariq; te cõſulem
iuſſiſſe cõtentus liberæ ciuitati ne ſimulationẽ qdem ſerues?abſti-
neas deniq; comitiis abſtruſus atq; abditus q̃ſi illic tibi non conſu
latus detur ſed abrogeſ imperiũ.Hæc perſuaſio ſuperbiſſimis do-
minis erat ut ſibi uiderenſ principes eſſe deſinere:ſi qd facerent tã
quam ſenatores.Plæriq; tamen nõ tam ſuperbia quam metu quo-
dam ſubmouebantur.an ſtuprorum ſibi iceſtaꝝq; noctiũ cõſcii au
ſpicia polluere:ſacratumq; cãpũ nefario auderent cõtaminare ueſti
gio?non adeo deos homineſq; contempſerant: ut in illa ſpatioſiſſi
ma ſede hominũ deoꝝq; cõiectos i ſe oculos ferre ac ꝑpeti poſſẽt.
Tibi contra & moderatio tua ſuaſit & ſanctitas: ut te & religioni
deorum & iudiciis hominũ exhiberes.Alii conſulatum ante q̃ acci

perent:tu & dũ accipis meruiſti. Peracta erant ſolénia comitioꝵ ſi
prícipé cogitares:iãq; ſe oĩs turba cõmouerat:cũ tu mirátibus cun
ctis accedis ad cõſulis ſellã:adigendum te p̃bes in uerba prícipibus
ignota:niſi cũ iurare cogerẽt alios. Vides q̃ neceſſariũ fuit cõſulatũ
nõ recuſare:nõ putaſſemus iſtud factuꝵ te fuiſſe ſi recuſaſſes. Stu-
peo. P. C. nec dũq; ſatis aut oculis meis aut auribus credo:atq; idẽ-
tidẽ me an audieri an uideri ĩterrogo: Impator ergo & Cæſar & Au
guſtus põtifex maxius ſtetit ãte gremiũ cõſulis? ſeditq; cõſul prĩci-
pe ante ſe ſtãte? & ſedit ĩturbatus interritus & tãq̃ ita fieri ſoleret?
q ẽt ſedens p̃buit iuſiurãdũ: & ille iurauit. exp̃ſſit explanauitq; uer
ba: q̃bus caput ſuum domũ ſuã: ſi ſcienter fefelliſſet: deoꝵ iræ con
ſecraret. Ingens Cæſar & par gloria tua ſiue fecerit iſtud poſtea prĩ-
cipes ſiue nõ fecerint. Vlla ne ſatis p̃dicatio digna eſt? idẽ tertio cõ
ſulem feciſſe qđ prĩo? idẽ principem qđ priuatũ? idem ĩpatorẽ qđ
ſub ĩperatore? Neſcio iã neſcio pulchrius ne ſit iſtud quod p̃eunte
nullo: an hoc qđ alio p̃eunte iuraſti: In roſtris quoq; ſimili religiõe
ipſe te legibus ſubieciſti. Legibus Cæſar: q̃s nemo principi ſcripſit.
Sed tu nihil ãplius uis tibi licere q̃ nobis. ſic fit ut nos tibi plus ue-
limus. Quod ego nunc primũ audio: nunc primũ diſco: nõ eſt prin
ceps: ſunt leges: ſed leges ſupra prĩcipem: idem Cæſari cõſuli: quod
cæteris non licet. iurat in legem attendẽtibus diis: nam cui magiſq̃
Cæſari attendant? iurat obſeruantibus his quibus idem iurandum
eſt: non ignarus alioqui nemini religioſius quod iurauerit cuſtodi-
endũ: q̃ cuius maxime intereſt nõ peierare. itaq; & abiturus conſu-
latu iuraſti te nihil cõtra leges feciſſe. Magnum hoc erat cum pro-
mitteres: maius poſtq̃ præſtitiſti. Iam totiens ꝓcedere in roſtra in
aſſenſumq; illum ſup̃biæ principum locum terere: hic ſucipere: hic
ponere magiſtratus. quam dignũ te q̃q; diuerſum conſuetudine il
loꝵ qui pauculis diebus geſtũ cõſulatum ĩmo non geſtum abiicie
bant per edictum: hoc pro concione pro roſtris pro iureiurãdo ſci
licet ut primis extrema cõgruerẽt: utq; hoc ſolo ĩtelligerẽt ipſi cõ-
ſules fuiſſe: qđ alii nõ fuiſſẽt. Nõ trãſilui patres cõ. principis noſtri
cõſulatũ: ſed eundẽ ĩ locũ cõtuli: q̃cq̃d de iureiurãdo dicendũ erat:
neq; .n. ut in ſterili ieiunaq; materia eandẽ ſpeciem laudis deducere
ac ſp̃gere: atq; identidẽ tractare debemus. Illuxerat primus conſula
tus tui dies: quo tu curiã ĩgreſſus nunc ſingulos nũc uniuerſos ad-
hortatus es reſumere libertatẽ: capeſſere quaſi communis imperii
curas: inuigilare publicis utilitatibus & inſurgere. Omnes ante te

eadem iſta dixerunt:nemini tamen ante te creditum eſt. Erant ſub oculis naufragia multorum: quos inuidioſa tranquillitate improuiſos turbo perculerat. Quid.n. tam infidũ mare: q̃ blandiciæ principũ illorum:quibus tanta leuitas tanta fraus ut facilius eſſet iratos quam propitios habere? Te uero ſecuri & alacres quo uocas ſequimur.iubes eẽ liberos:erimus.iubes:quæ ſentimus promere ĩ medium proferemus.Neq; enĩ adhuc ignauia quadã & ĩſito torpore ceſſauimus. Terror & metus & miſera illa ex periculis facta prudẽtia mouebat: ut a rep.erat aũt omnino nulla reſp.oculos aures animos auerteremus. At nũc tua dextera tuiſq; promiſſis fræti & ĩnixi obſepta diutina ſeruitute ora reſerãus:frenatãq; tot malis lĩguã reſoluimus. Vis .n.tales eẽ nos:q̃les iubes:nihilq; exhortatõibus tuis fucatum nihil ſubdolũ:deniq; qđ credẽtẽ fallere paret nõ ſine periculo fallẽtis.neq; enĩ unq̃ deceptus ẽ princeps:niſi q prius ipſe decepit.Eqdẽ hũc parẽtis publici ſenſũ cũ exhortatõe eius:tũ pronunciatiõe reſpexiſſe uideor.Quæ.n.illa grauitas ſentẽtiarum:quã ĩaffectata ueritas uerborum: quæ adſeueratio ĩ uoce:quæ affirmatio ĩ uultu:q̃ta ĩ oculis habitu geſtu toto deniq; corpore fides.Tenebit ergo ſẽp qđ ſuaſerit:ſcietque nos quotiẽs libertatẽ quã dedit expiemur ſibi parere. nec uerẽdũ ẽ ne ĩcautos putet ſi fidelitate tẽporum cõſtãter utamur:quos memini ſub malo prĩcipe aliter uixiſſe. Nũcupare uota & pro æternitate ĩperii & pro ſalute ciuiũ:ĩmo pro ſalute principũ ac propter illos pro æternitate ĩperii ſolebamus.Hæc pro ĩpio noſtro:ĩ quæ ſint uerba ſuſcepta:opæpretiũ eſt adnotare:ſi bene remp. & ex utilitate omniũ rexeris.Digna uota:quæ ſemper ſuſcipiantur ſemperque ſoluãtur. Egit cum diis ipſo te auctore Cæſar reſp.ut te ſoſpitem ĩcolumẽq; preſtarẽt:ſi tu cæteros præſtitiſſes:ſi cõtra illi quoq; a cuſtodia tui corporis oculos dimouerẽt: teq; relinquerent uotis quæ non palã ſuſciperent̃.Alii ſe ſuperſtites reip.optabãt faciebãtq;.tibi ſalus tua ĩuiſa ẽ:ſi non ſit cũ reip.ſalute coniuncta.nihil pro te pateris optari: niſi expediat optantibus:omnibuſq; ãnis ĩ conſiliũ de te deos mittis:exigiſq; ut ſententiã ſuam mutent: ſi talis eſſe deſieris:qualis electus es.Sed ingẽti cõſciẽtia Cæſar qua paciſceris cũ diis: ut te ſi mereberis ſeruent:cum ſcias an merearis neminem magiſq̃ deos ſcire. Nõne uobis.p.c.hæc diebus ac noctibus agitare ſecum uidet̃? ego qdem in me ſi oĩum utilitas ita poſceret etiã præfecti manum armaui:ſed ne deorum qdem aut irã aut neglĩgẽtiã deprecor : queſo immo & obteſtor: ne unq̃ pro me uota rep.ĩuita ſuſcipiat:aut ſi ſuſce

periti:iuita ne debeat.Capis ergo Cæſar ſalutis tuæ glorioſiſſimum fructum ex conſenſu deoꝶ.nam cū excipias ut ita demū te dei ſeruét:ſi bene remp.& ex utilitate oīum rexeris:certus es te bene rēp. gerere cum ſeruent.Itaq; ſecurus tibi & lætus dies erit:qui prīcipes alios cura & metu diſtinebat:cū ſuſpenſi & attoniti paꝶq; cōſiſi patiētia noſtra hinc atq; īde publicæ ſeruitutis nuncios expectarent: ac ſi forte aliquos flumina niues uenti præpediſſent:ſtati hoc illud eſſe credebant quod merebanť.nec erat diſcrimen ullum pauoris: propterea quod cū a malo prīcipe tanq̄ ſucceſſor timeať.qſqs ē dignior:cum ſit nemo nō dignior omnes timenť.Tuā ſecuritatē non mora nuncioꝶ nō litteraꝶ tarditas differt.ſcis tibi ubiq; iurari:cū ipſe iuraueris oībus.Nemo hoc ſibi nō præſtat. amamus qdem te ī quantū mereris:iſtud tamen nō tui facimus amore:ſed noſtri.nec unquam illuceſcat dies quo pro te nuncupet uota non utilitas noſtra:ſed fides Cæſar.Turpis tutela principis cui pōt īputari. Queri libet qđ in ſecreta noſtra nō ingrāt prīcipes niſi quos odimus. Nā ſi eadē cura bonis & malis eēt:quā ubiq; admirationē tui:qđ gaudium exultationēque depræhēderes:quos oīum cum cōiugibus ac liberis:quos etiā cū domeſticis aris ſociſq; ſermones?ſcires molliſſimis iſtis auribus parci.& alioqn cū ſint odiū amorq; cōtraria : hoc perq̄ ſimile habēt:qđ ibi itēperātius amamus bonos principes ubi liberalius malos odimus. Cepiſti tamen & affectus noſtri & iudicii expimentū : q̄tū maximū præſens cape potuiſti illo die quo ſollicitudini pudoriq; cādidatoꝶ ita cōſuluiſti: ne ullius gaudiū alterius triſticia turbaret.alii cū læticia:alii cū ſpe receſſerūt:multis gratulādū:nemo cōſulandus fuit.Nec ideo ſegnius iuuenes noſtros exhortatus es cōſulatū circūirēt.ſenatui ſupplicarēt:atq; ita a prīcipe ſperarēt honores:ſi a ſenatu petiſſent.Quo qdem ī loco ſi qbus opus exemplo:adieciſti ut te imitareť.Arduū Cæſar exemplū:& qđ imitari nō magis qſq; candidatoꝶ:q̄ principū poſſit. Quis.n.uel uno die reuerētior ſenatus cādidatus: q̄ tu cū oī uita tū illo ipſo tēpore quo iudicas de cādidatis? An aliud a te q̄ ſenatus reuerētia obtiuit: ut iuuenibus clariſſimæ gētis debitū generi honorē: ſed āte q̄ debereť offerres?Tandē ergo nobilitas nō obſcurať:ſed illuſtrať a principe:tandē illos īgentiū uiroꝶ nepotes illos poſteros libertatis nec terret Cæſar nec pauet : qn imo feſtinatis honoribus āplificat atq; auget:& maioribus ſuis reddit.ſiqd uſq̄ ſtirpis ātiquæ:ſiqd reſiduæ claritatis:hoc āplexať & refouet:& ī uſum reſp.ꝑmit.ſunt ī hono-

re hoīum & ī honore famæ magna noīa ex tenebris obliuionis in-
dulgētia Cæſaris:cuius ē ut nobiles & cōſeruet & efficiat. Præfue-
rat ꝓuinciæ quæſtor unus ex cādidatis:ī quē ea ciuitas ampliſſima
redditus egregia cōſtitutiōe fūdauerat. hoc ſenatui allegandū puta
ſti. Cur.n.te principe q generis tui claritatē uirtute ſupaſti:deterior
eēt cōditio eoꝝ:q poſteros hare nobiles mererent:q̄ eoꝝ q pentes
hūiſſēt?O te dignū q de magiſtratibus noſtris ſēp hæc nūcies. nec
pœnis maloꝝ:ſed bonoꝝ præmiis bonos facias. Accēſa ē iuuētus:
erexitq; aīos ad æmulādū qđ laudari uidebat nec fuit qſq̄ quē non
hæc cogitatio ſubiret:cū ſciret qcqd a quoq; ī ꝓuinciis benefieret:
oīa te ſcire. Vtile ē Cæſar & ſalutare præſidibus ꝓuīciaꝝ hāc hēre
fiduciā paratā eē ſāctitati īduſtriæ ſuæ maximū præmiū indicium
prīcipis ſuffragiū prīcipis. Adhuc aūt q̄libet ſincera rectaq; ingenia
& ſi nō detorq̄bat:hebetabat tamē miſera ſed uera r̄putatio. Vides
.n. ſiqd bene fecero ſciet Cæſar:aut ſi ſcierit: teſtimōiū r̄ddet. Ita ea
dē illa ſeu negligētia ſeu malignitas prīcipū cū male cōſultis īpuni
tatē:recte factis nullū præmiū polliceret nec illos a crimine:& hos
deterrebat a laude. At nūc ſi bene aliqs ꝓuīciā rexerit:huic quæſita
uirtute dignitas offert:patet.n.oībus honoris & gloriæ campus. ex
hoc quiſq; qđ cupit petat:& aſſecutus ſibi debeat. Prouīciis quoq;
ī poſteꝝ & iniuriaꝝ metū & accuſādi neceſſitatē remiſiſti:Nā ſi ꝓ-
fuerit qbus gratias egerit:đ nullo queri cogent: & alioqn nihil ma
gis ꝓdeſſe cādidato ad ſequētes honores q̄ pactos optime magiſtra
tus magiſtratu honore honor petit. Volo ego q ꝓuīciā rexerit nō
tātū codicillos amicoꝝ nec urbana cōiuratione eblāditas præces:
ſed decreta coloniaꝝ decrera ciuitatū alleget. Næ ſuffragiis cōſula
rium uiroꝝ.urbes populi gētes īſerūt.efficaciſſimū ꝓ cādidato ge
nus ē rogādi:gratias agere. Iā quo aſſenſu ſenatus: quo gaudio exce
ptū ē:cū cādidatis ut quēq; noīaueras:oſculo occurreres. deuexus
qdē ī planū:& q̄ſi unus ex gratulantibus. te mirer magis?an īprobē
illos q effecerūt:ut iſtud magnū uideret? cū uelut affixi curulibus
ſuis manum tantū & hāc cūctanter & pigre & īputantibus ſimiles
promererent. Cōtigit ergo oculis noſtris ante facies princeps can-
didatus eqtis & ſimul ſtantis ītueri parē accipientibus honorem q
dabat. Quod factū tuū a cūcto ſenatu q̄ uera acclamatiōe celebra-
tū ē:tāto maior:tāto auguſtior. Nā cui nihil ad augēdū faſtigiū ſu-
peſt:hic uno modo creſcere pōt ſi ſe ip̄e ſubmittat ſecurus magni-
tudinis ſuæ neq;.n. ab ullo piculo fortuna principū lōgius abeſt q̄

humilitas.Mihi qdẽ nõ tã humanitas tua q̃ intentio eius admira-
bilis uidebat̃.qppe cũ orõni oculos uocẽ manum cõmodares:ut ſi
alii eadẽ iſta mandaſſes:oẽs comitatis numeros obibas.atq; ẽt cum
ſuffragatoꝝ noĩa honore quo ſolẽt exciperent̃:tu quoq; ĩter exci-
piẽtes eras:& ex ore prĩcipis ille ſenatorius aſſenſus audiebat̃.qđ q;
apud principẽ ꝓhibere teſtimoniũ merẽtibus gaudebamus:ꝓhibe
bat̃ a principe.Faciebas ergo cũ diceres optimos:nec ipſoꝝ modo
uita a te:ſed iudiciũ ſenatus cõprobabat̃:ornariq; ſe nõ illos magis
quos laudabas lætabat̃.Nã qđ precatus es ut illa ipſa ordinatio co-
mitioꝝ bene ac feliciter eueniret nobis reip.nõne tibi tale ẽ:ut nos
hunc ordinẽ uotoꝝ cõuertere debeamus?deos deniq; obſecrare ut
oĩa quæ facis:quæq; facies ꝓſpere cedãt tibi reip. nobis:uel ſi bre-
uius ſit optandũ:ut uni tibi in quo & reſp.& nos ſumus.Fuit tem-
pus ac nimiũ diu fuit:quo alia aduerſa alia ſecũda prĩcipi & nobis.
nũc cõia tibi nobiſcũ tam læta q̃ triſtia:nec magis ſine te nos eẽ fe
lices q̃ tu ſine nobis potes.An ſi poſſes ĩ fine uotorum adieciſſes:ut
ita precibus tuis dii annuerẽt: ſi iudiciũ noſtꝝ mereri ꝑſeueraſſes?
Adeo nihil tibi amore ciuiũ antiquius ut ante a nobis: deinde a diis:
atq; ita ab illis amari uelis:ſi a nobis ameris. Et ſane prioꝝ prĩcipũ
exitus docuit: ne a diis qdem amari niſi quos hoĩes amẽt.arduum
erat has precatiões tuas laudibus adæquare:adæquauimus tamen.
q amoris ardor.q ſtimuli: quæ faces illas nobis exclamatiões ſubie
cerũt.Nõ noſtri cæſar ĩgenii ſed tuæ uirtutis tuoꝝq; meritoꝝ uo-
ces fuerũt:q̃s nulla unq̃ adulatio ĩuenit:nullus cuiuſq̃ terror exp̃ſ-
ſit.Quẽ ſic timuimus ut hæc figeremus?quẽ ſic amauimus ut hæc
fateremur?Noſti neceſſitatem ſeruitutis: quãdo ſimile aliqd audi-
ſti:& quãdo dixiſti?Multa quidem excogitat metus:ſed quæ appa-
reant quæſita ab ĩuitis:aliud ſollicitudinis aliud ſecuritatis ĩgeniũ
eſt.alia triſtium inuentio alia gaudentium . neutrum ſimulationes
expreſſerint.habẽt ſua uerba miſeri:ſua uerba felices:ut quæ iã ma
xime ab utriſq; dicant̃. Teſtis ipſe es:quæ in oĩum ore læticia.non
amictus cuiq̃:non habitus quẽ modo extulerat.ĩde reſultantia uo-
cibus tecta:nihilq; tantis clamoribus ſatis clauſũ.Quis tunc non e
ueſtigio ſuo exiluit?quis exiluiſſe ſenſit?Multa fecimus ſponte:plu
ra inſtinctu quodam & ĩperio.Nam gaudio quoq; cogendi uis ĩeſt.
Num ergo modum ei tua ſaltem modeſtia ĩpoſuit?nã quanto ma-
gis a te reprimebat̃:exarſimus non contumacia Cæſar: ſed ut ĩ tua
poteſtate eſt:an gaudeamus: ita inquantũ nec ĩ noſtra. Cõprobaſti

& ipſe acclamationū noſtraꝝ fidē lachrymaꝝ tuaꝝ ueritate.uidi-
mus humeſcētes oculos,tuos demiſſumq́ꝫ gaudio uultū:tātūq́ꝫ ſan
guinis ī ore quātum ī aīo pudoris. Atq́ꝫ hoc magis incenſi ſumus:
ut precaremur nequādo tibi nō eadem cauſa lachrymaꝝ:utq́ꝫ nūq̄
frontē tuā hoc ipſum has ſedes nos quaſi reſpōſuras interrogemus:
uiderit ne unq̄ pricipis lachrymas:at ſenatus ſæpe uiderūt.Onera
ſti futuros pricipes:ſed & poſteros noſtros.nam & hi a principibus
ſuis exigēt:ut eadē audire mereanť:& illi ꝗ nō audiant īdignabūť.
Nihil magis poſſum ꝓprie dicere q̄ qđ dictum eſt a cūcto ſenatu:
o te felicē.quod cū diceremus:nō opes tuas:ſed aīum mirabamur.
eſt.n.demū uera felicitas felicitate dignū uideri. Sed cū multa illo
die dicta ſunt ſapienter & grauiter:tū uel ī primis crede nobis:cre-
de tibi.Magna hoc fiducia noſtri maiore tamen tui dixius. alius.n.
Opulus Romanus cum ſeditioſos magiſtratus ferre nō poſſet:decem uiros legibus ſcribendis creauit: qui eas ex libris Solonis trāſlatas duodecī tabulis expoſuerūt. Sed cum pacto dominationis magiſtratū ſibi ꝓrogarent:unus ex ipſis Appius Claudius Virginiā Virginii cēturionis filiam ī algido militātis adamauit:quā cū corrūpere nō poſſet:clientē ſubornauit q eā in ſeruitium depoſceret: facile uicturus cū ipſe eſſet accuſator & iudex. Pater re cognita cū ipſo iudicii die ſupueniſſet:& filiā iam addictā uideret ultimo eius eloq̄o īpetrato cū eā ī ſecretū adduxiſſet occidit:& corpus eius humero gerēs ad exercitū ꝓfugit:& milites ad uindicandum facinus accendit:qui creatis decem tribunis auentinum occuparūt. Decēuiros abdicare ſe magiſtratu p̃ceperunt: eoſq; oēs aut morte aut exilio punierūt. Appius Claudius ī carcere necatus ē.

De Aeſculapio Romam aduecto.

Omani ob peſtilentiā reſponſo monente ad Aeſculapiū epidauro accerſendū decē legatos pricipe. Qu. Volumnio miſerunt. Qui cū eo ueniſſent: & ſimulachꝝ īgens mirarent̃: anguis e ſedibus eius elapſus uenerabilis:non horribilis p mediam

urbem cum admiratiōe oīum ad nauem Romanoꝝ prexit:& ſe in Volúnii tabernaculo cōſpirauit.Legati deū uehētes Antium ꝓuecti ſunt:ubi ꝑ mollitiē maris anguis ꝓximū Aeſculapii phanū petit:& poſt paucos dies ad nauim rediit:& cum aduerſo Tyberi ſubueheret:ī ꝓximam īſulam deſiliuit:Vbi tēplū ei cōſtitutū:& peſtilentia mira celeritate ſedata eſt.

De Furio Camillo Vrbis Ro.Liberatore.

Vrius Camillus cū Phaliſcos obſideret:ac ludi litterarum magiſter principum filios ad eum adduxiſſet:uictum cum eiſdē pueris in urbē redigēdum eū & uerberādum tradidit. Statī Phaliſci ſe ei ob tantā iuſticiā dediderūt. Vehios hyeme obſidione domuit:deq; iis triumphauit.Poſtmodū eſt crimini datum ꝙ albis eq triumphaſſet:& prædam iniquæ diuiſiſſet die dicta ab Apuleio Saturnino tri.pl.dānatus Ardeam conceſſit.mox cū Galli Senōes relictis ob ſterilitatem agris ſuis Cluſium Italiæ oppidum obſiderent:miſſi ſunt Romam tres legati:q Gallos mōerent: ut ab opugnatiōe deſiſterent.Ex iis unus contra ius gentium ꝓceſſit: & ducem Senonum īterfecit. Quo cōmoti galli petitis in deditionē legatis nec impetratis Romam petierunt: & exercitum Romanū apud haliam fluuium occiderunt die.xvi.kalē. auguſti: qui dies inter nephaſtos relatus hallienſis dictus.Victores Galli urbē ītrauerūt. Vbi nobiliſſimos ſenū ī curulibus & honoꝝ īſignibus prio ut deos ueneratī:deinde ut hoīes deſpicati interfecere.Reliqua iuuentus cum Mālio in Capitolium fugit:ubi obſeſſa Camilli uirtute liberata eſt.Qui abſens dictator dictus collectis reliquiis gallos improuiſos internitiōe occidit.Populum Ro.migrare Vehios uolentem retinuit.Sic & oppidum ciuibus:& ciues oppido reddidit.

De Manlio Capitolino.

Anlius ob defenſum capitolium Capitolinus dictus ſexdecim ānoꝝ uolūtariū militē ſe obtulit.Trigīta ſeptem militaribus donis a ſuis ducibus ornatus:uiginti tres cicatrices in corpore habuit.Capta urbe auctor in capitoliū fugiendi fuit.Quadam nocte clāgore anſeris excitatus gallos aſcendētes deiecit.Patrōus a ciuibus appellatus:& farre donatus eſt.Domū ēt in capitolio publice accepit.Qua ſupbia elatus cū a ſenatu ſumpſiſſe gallicos theſauros argueret:& addictos ꝓpria pecunia liberaret: regni affectati ſuſpectus in carcerem coniectus populi conſenſu liberatus eſt.Rurſus cum in eadē culpa & grauius perſeueraret reus fa

ctus:& ob cōſpectū capitolii āpliatus alio deīde loco dānatus:& ē ſaxo tarpeio p̄cipitatus ē. Domus diruta: bōa publicata. Gentilitas eius Manlii cognomine iurauit: nequis poſtea capitolius uocaret.

De Cornelio Coſſo.

Idenates fidei romanæ hoſtes ut ſine ſpe ueniæ fortius dimicarét: legatos ad ſe miſſos iterfecerūt. Ad quos. Q. Cincinnatus dictator miſſus magiſtrú equitū habuit Cornelium Coſſum: q Laertem Tolumnium ducē ſua manu iterfecit. De eo ſpolia opima Ioui pheretrio ſecundus ab Romulo conſecrauit.

De Publio Decio patre.

Ic bello ſamnitico ſub Valerio Coruino & Cornelio Coſſo conſulibus tribunus militum exercitu in anguſtiis Gauri montis inſidiis hoſtium clauſo accepto: quod poſtulauerat præſidio in ſuperiorem locum euaſit. hoſtes terruit. Ipſe intempeſta nocte per medias cuſtodias ſomno oppreſſas incolumis euaſit. Ob hoc ab exercitu ciuica corona de quercu: quæ dabatur ei q ciues in bello ſeruaſſet: obſidionali. ſ. aurea quæ dabatur ei q obſidione ciues liberaſſet: donatus eſt. Conſul bello latino collega Manlio Torquato poſitis apud Veſerim fluuiū caſtris: cum utriq; cōſuli ſōnio obueniſſet eos uictores futuros: quorum dux in prælio cecidiſſet: cum collato cū collega ſomnio conueniſſet: ut cuius cornu in acie laboraret: iis diis ſe manibus uoueret: inclinante ſua parte: ſecum hoſtes per Valerium pontificem diis manibus deuouit. Impetu in hoſtes facto uictoriam ſuis reliquit.

De Publio Decio filio.

Vblius Decius Decii filius primo cōſul de Samnitibus triūphauit. Spolia de iis Cereri conſecrauit. Iterum & tertio cōſul multa domi militiæq; geſſit. Quarto conſulatu cum Fabio maximo: cū Galli: Samnites: Vmbri: Tuſci cōtra Romanos cōſpiraſſent: ibi exercitu in aciem ducto: & cornu inclinante exemplum patris imitatus aduocato. M. Liuio pontifice haſtæ inſiſtens & ſolennia uerba reſpondens: ſe & hoſtes diis māibus deuouit. Impetu in hoſtes facto uictoriam ſuis reliquit. Corpus a collega laudatum magnifice ſepultum eſt.

De Tito Manlio Torquato.

Itus Manlius Torquatus ob ingenii & linguæ tarditatem a patribus relegatus: cum audiſſet ei diem dictā a Pōponio Tri. ple. noctu urbē petiit. Secretum colloquium a tribuno

ĩpetrauit:& gladio ſtricto dimittere accuſationẽ terrore multo cõpulit.Sulpitio dictatore tribunus militũ gallũ ꝓuocatorẽ occidit. Torquẽ ei detractũ ceruici ſuæ ĩdidit. Cõſul bello latino filiũ ſuũ qđ cõtra ĩpiũ pugnaſſet:ſecuri ꝑcuſſit.Latinos apud Veſerĩ fluuiũ Decii collegæ deuotione ſuꝑauit.Cõſulatum recuſauit:qđ diceret neq; ſe populi uitia:neq; illũ ſeueritatẽ ſuam poſſe ſufferre.

De Marco Valerio Coruino.

Eliquias Senonum Camillus perſequebatur aduerſũ ĩgentẽ gallũ ꝓuocatorẽ ſolus Valerius.tr.pl.omnibus territis ꝓceſſit.Coruus ab ortu ſolis galeæ eius inſedit:& iter pugnãdum ora oculoſq; galli uerberauit.hoſte deuicto Valerius Coruinus dictus.hic cum ĩgens multitudo ære alieno oppreſſa Capuam occupare tentaſſet:& ducem ſibi quĩtũ neceſſitate cõpulſa feciſſet: ſublato ære alieno ſeditionem compreſſit.

De Pontio Theleſino.

Aius Veturius & Spurius Poſthumius cõſules bellũ aduerſũ Sãnites gerẽtes a Põtio Theſeſio duce hoſtiũ ꝑ ĩſidias ſe ducti ſũt.Nã ille ſimulatos trãſſugas miſit q romanis dicerent luceriã apud lamã a ſamnitibus obſideri:quo duo itinera ducebãt aliud lõgius & tutius:aliud breuius & periculoſius.Feſtinãtibus itaq; cũ inſidias ſtatuiſſet:qui locus furculæ caudinæ uocabatur.Põtius accitũ patrẽ rogauit Herenniũ qđ fieri placeret: ille ait aut oẽs occidendos ut uires frangerent̃:aut omnes dimittẽdos: ut beneficio obligarent̃.Vtroq; improbato conſilio omnes ſub iugũ miſit ex fœdere:quod a romanis improbatum eſt.Poſthumius Sãnitibus deditus:nec receptus eſt.

De Lucio Papyrio Curſore.

Vcius Papyrius uelocitate curſor cũ cõſulẽ ſe aduerſis oĩbus aduerſus ſãnitas ꝓgreſſũ eẽ ſenſiſſet:ad auſpicia repetẽda Romã regreſſus edixit Fabio Rutilio:quẽ exercitu p̃ponebat ne manũ cũ hoſte conſereret.Sed ille opportunitate ductus pugnauit.Reuerſus eũ ſecuri ferire uoluit.ille in urbẽ cõfugit. nec ſupplicem tribuni tuebãt̃.Deĩde pater lachrymis:populus p̃cibus ueniã ĩpetrarũt.Papyrius de ſãnitibus triumphauit.Item p̃neſte cũ p̃torẽ grauiſſime ĩcrepuiſſet:expedi ĩqt lictor ſecures:& cũ eũ metu mortis attõitũ uidiſſet:ĩcõmodã ãbulãtibus radicẽ excidi iuſſit.

De Quinto Fabio Rutiliano.

Vintus Fabius Rutilianus: primus ex ea familia ob uirtu-

tem maximus magiſter equitum a Papyrio ſecuri pene percuſſus primum de apulis & nucerinis: Iterum de ſamnitibus: tertio de gallis umbris marſis atq; tuſcis triumphauit. Cenſor libertinos tribu amouit. Iterum cenſor fieri noluit: dicens non eſſe ex uſu rei.p. eoſdem cenſores ſæpius fieri. hic primus īſtituit uti equites ro. idibus ꝗntilibus ab æde Honoris equis īſidentes in capitolium tranſirēt. Mortuo huic tātum æris populi liberalitate cōgeſtum: ut īde filius uiſceratione & epulas publice daret.

De Marco Curio Dentato.

Arcus Curius Dētatus primo de ſamnitibus triumphauit: quos uſq; ad mare ſupeꝝ ꝑ pacauit. Regreſſus in concione ait tantum agri cepi: ut ſolitudo futura fuerit: niſi tantum agri cepiſſē. Iteꝝ de Sabinis triumphauit. Tertio de Lucanis ouans urbē ītroiuit: Pyrrhum epyrotaꝝ italia expulit. Quaterna agri iugera uiritī populo diuiſit: Sibi deīde totidem conſtituit: dicēs neminē eſſe debere cui nō tantum ſufficeret. Legatis ſamnitum aurum offerētibus cum īpe ī foco rapa torreret: malo inq̄t hæc ī fictilibus meis eſſe: & auꝝ hētibus īperare. Cum īteruerſæ pecuniæ argueret: cadum ligneum quo uti ad ſacrificia cōſueuerat: ī medium protulit: iurauitq; ſe nil āplius dep̄da hoſtili in domum ſuā cōuertiſſe. Aquā īde āniene manibus hoſtium ī urbē īduxit. Tribunus plebis patres auctores fieri coegit comitiis: ꝗbus plebei magiſtratus creabant ob hæc merita domus ei apud tipharam: & agri iugera quinquaginta publice data.

De Appio Claudio Cæco

Ppius Claudius Cæcus ī cēſura libertinos quoq; ī ſenatum legit: epulādi decātandiq; ius tibicinibus ī publico ademit. Duæ familiæ ad Herculis ſacra ſunt deſtinatæ. ſ. Potitioꝝ & piarioꝝ. Potitios Herculis ſacerdotes p̄cio corrupit: ut ſacra herculanea ſeruos publicos edocerēt: ūde cæcatus. Gens Potitioꝝ fūditus periit: Ne cōſulatus cū plebis cōicaret: acerrime reſtitit: ne Fabius ſolus ad bellū mitteret: cōtradixit. Sabinos: Sāniteas: Etruſcos bello domuit. Viam uſq; ad brūduſiū ſtrauit: unde uia appia aquā anienē in urbē induxit. Cenſurā ſolus oīum ꝗnquennio obtinuit. cū de pace Pyrrhi ageret: & gratia potentū per legatū cineam p̄cio quæreretur: ſenex & cæcus lectica in ſenatum latus: turpiſſimas cōditiones magnifica oratione diſcuſſit.

De Pyrrho Rege Epirotarum.

Yrrhus rex Epirotarũ materno genere ab Achille paterno ab Hercule oriũdus:cũ ĩperium orbis agitans romanos potentes uideret:Apollinẽ de bello conſuluit. Ille ambigue reſpondit. Aio te Eacida romãos uincere poſſe.hoc dicto ĩ uolũtatẽ tracto auxilio Tarentinis bellũ romanis ĩtulit: Leuinum cõſulem apud Heracleã elephantoꝝ nouitate turbauit. Cũq; romanos aduerſis uulneribus occiſos uideret:ego inquit talibus militibus breui orbem terrarum ſubigere potuiſſem. Amicis gratulãtibus quid mihi cum tali uictoria inquit ubi exercitus robur amittã?ad uigeſimũ ab urbe lapidem caſtra poſuit: captiuos Fabricio gratis reddidit. Viſo Leuini exercitu eãdem ſibi ait aduerſum romanos quam Herculi aduerſum : hydram fuiſſe fortunã. A Curio & Fabricio ſuperatus Tarentum refugit:in ſiciliam traiecit:Mox in Italiam Locros regreſſus pecuniã Proſerpinæ auehere tentauit. Sed ea naufragio elata eſt. Tum in græciam regreſſus dum Argos oppugnaret ictu tegulæ proſtratus eſt. Corpus ad Antigonum regem macedoniæ relatum magnifice ſepultum.

De Volſinis.

Olſini Ethruriæ nobile oppidũ luxuria pene perierũt. Nã eum temere ſeruos manumitterẽt:dum ĩ curiã legerẽt conſenſu ſeruoꝝ oppreſſi cũ multa ĩdigna paterẽt clam romæ auxilium petierunt. Miſſuſq; Decius libertinos omnes aut in carcere negauit aut dominis in ſeruitutem reſtituit.

De Appio Claudio Audace.

Ppius Claudius uictis Volſinenſibus cognomento Audax frater Cæci fuit. Conſul ad Mamertinos liberandos miſſus: quoꝝ arcẽ carthaginenſes & Hiero rex ſyracuſanus obſidebant. Primo ad explorandos hoſtes fretũ piſcatoria naue traiecit:& cũ duce carthaginẽſiũ egit:ut præſidiũ arce deduceret. Rhegiũ regreſſus quĩq; remẽ hoſtiũ copiis pedeſtribus cepit: falangem in ſiciliã traduxit. Carthaginẽſes Meſſana expulit. Hieronẽ prælio apud ſyracuſas in deditionem accepit:q eo periculo territus romanorũ amicitiam petiit:eiſq; poſtea fideliſſimus fuit.

De Cneo Duillo & Himilcone pœnorum duce.

c Neus Duillus primo punico bello dux contra carthaginẽſes miſſus cum uideret eos mari poſſe : claſſem magis ualidam quam decoram fabrefecit: & manus ferreas cũ irriſu hoſtiũ primus ĩſtituit. Qui ĩter pugnãdum hoſtiũ naues apphẽdit:

qui uicti & capti ſunt. Himilco dux claſſis Carthaginem fugit a ſenatu q̄ſiuit q̄d faciendū cēſerent: oībus ut pugnaret acclamātibus. Feci inq̄t & uictus ſum. ſic pœnā crucis effugit. Nam apud pœnos dux male re geſta puniebat. Duillo cōceſſum eſt ut prælucente funali & præcinente tibicine: a cœna publice rediret.

De Attilio Calatino.

Ttilius Calatinus dux aduerſus carthaginēſes miſſus maximis & munitiſſimis ciuitatibus ætna drepano lilibeo hoſtilia præſidia deiecit. Panormū cepit: totāq; ſiciliā p̄uagatus paucis nauibus magnā hoſtiū claſſē duce Hamilcare ſup̄auit. Sed cū ad Cecinā ab hoſtibus obſeſſā feſtiaret: a Pœnis ī anguſtiis clauſus eſt. Vbi tribunus militū Calphurnius flāma acceptis trecētis ī ſupiorem locum euaſit. Cōſulē liberauit. ipſe cū trecentis pugnans cecidit: & poſtea ab Attilio ſemianimis inuentus: & ſanatus magno poſtea terrori hoſtibus fuit: Attilius glorioſe triumphauit.

De Marco Attilio Regulo.

Arcus Attilius Regulus cōſul fuſis ſalētinis triūphauit: primuſq; romanoꝝ ducū ī africam claſſē traiecit: quaſſatas de Amilcare naues lōgas tres & ſexagita accepit. Opida ducēta & hominum ducenta milia cepit abſente eo coniugi eius & liberis ob paupertatē ſumptus publice dati. Mox arte Xantippi Lacedæmonii mercenarii militis captus in carcerē miſſus legatus de p̄mutandis captiuis romā miſſus: dato iure iurādo ut ſi nō īpetraſſet ita demū rediret: in ſenatu cōditionē diſſuaſit reiectis a ſe cōiuge & liberis Carthaginē regreſſus: ubi in arcā ligneā cōiectus clauis ītrorſum adactis uigiliis: ac dolore punitus eſt.

De Quinto Luctatio Catulo.

Vintus Luctatius Catulus primo punico bello trecentis nauibus aduerſū pœnos ꝓfectus: ſexcentas eoꝝ naues cōmeatibus & aliis oneribus īpeditas duce Himilcone apud egates īſulas īter ſiciliā & africā depreſſit: finēq; bello impoſuit. Pacem petētibus hac cōditiōe cōceſſit. Sicilia & ſardinia & cæteris inſulis ītra italiā africāq; decederēt: Hiſpania citra hiberū abſtinerent.

De Hannibale Carthaginēſi duce.

Annibal Amilcaris filius. xi. ānos natus a p[illegible] aris admotus odium in romanos perenne iurauit. Exinde ſocius & miles in caſtris patri fuit. Mortuo eo cauſam belli quærens Sagūtum romanis fœderatū intra ſex menſes euertit. Tum alpibus pate

factis.i Italiã traiecit.P.Scipionẽ apud Ticinũ:Semproniũ Legum apud Trebiã:Flaminiũ apud Trãſimenũ:Paulũ & Varronẽ apd Cãnas ſupauit.Cũq; urbẽ capere poſſet:in cãpaniã diuertit: cuius delitiis elãguit.Et cũ ad tertiũ ab urbe lapidẽ caſtra poſuiſſet:tẽpeſtatibus repulſus primũ a Fabio Maximo fruſtratus: deinde a Valerio Flacco repulſus: a Graccho & Marcello fugatus. ĩ africã reuocatus a Scipione ſupatus ad Antiochum regem Syriæ cõceſſit:eũq; hoſtẽ romanis fecit.quo uicto ad Pruſiã Bithyniæ regem cõceſſit.Vnde romam legatiõe repetitus:hauſto qđ ſub ãnuli gẽma hẽbat: ueneno abſumptus ẽ poſitus apud libyſſam ĩ arca lapidea:in qua hodie quoq; inſcriptnm eſt:Hannibal hic ſitus eſt.

De Quinto Fabio Maximo.

Vintus Fabius Maximus cunctator ut uerucoſus a ueruca in labris:ita Ouicula a clementia moꝝ. Cõſul de liguribus triũphauit.Hãnibalẽ mora fregit.Minuciũ magiſtrum equitum imperio æquari ſibi paſſus eſt:& nihilominus periclitãti ſubuenit:Hannibalem ĩ agro falerno incluſit.Manliũ Statilium tranſfugere ad hoſtes uolentẽ equo & armis donatis retinuit: & lucano cuidã fortiſſimo ob amorẽ mulieris ĩ frequẽti eãdẽ emptam dono dedit. Tarentũ ab hoſtibus recepit. Herculis ſignũ ĩde tranſlatum ĩ capitolio dedicauit.De redemptõe captiuoꝝ cũ hoſtibus pepigit: quod pactum cũ a ſenatu ĩprobaret̃:fundum ſuum ducentis milibus uendidit:& fidei ſatiſfecit.

De Publio Scipione Naſica.

Vblius Scipio Naſica a ſenatu uir optimus iudicatus matrem deũ hoſpitio recepit.Aduerſũ auſpicia cum conſulem ſe a Graccho nominatũ cõperiſſet:magiſtratu ſe abdicauit: Cenſor ſtatuas q̃s ſibi quiſq; per ambitionem ĩ foro ponebat: ſuſtulit.Cõſul delminũ urbẽ dalmataꝝ expugnauit ĩperatoris nomen a militibus:& a ſenatu triũphũ r̃cuſauit.Eloq̃ntia prius Iuris ſciẽtia cõſultiſſimus:ĩgenio ſapiẽtiſſius fuit:unde uulgo Corculus dictus.

De Marco Marcello.

Arcus marcellus Viridomaꝝ Galloꝝ duce ſingulari ꝑlio fudit : ſpolia locoꝝ anguſtia adiutus uindicauit. Syracuſas ꝑ tres ãnos expugnauit: & cum per calũniã triumphus ei a ſenatu negaretur:de ſua ſententia triumphauit. Quinquies cõſul inſidiis Hannibalis deceptus & magnifice ſepultus. Oſſa Romam remiſſa a prædonibus intercepta perierunt.

De Liuia Claudia uirgine ueſtali.

Annibale Italiã de uaſtãte ex reſpõſo librorum ſibyllinorum mater deum e peſſinũte accerſita cum aduerſũ tyberi ueheretur: repẽte ĩ alio ſtetit. & cum moueri nullis uiribus poſſet: ex libris cognitũ caſtiſſimæ dñæ fœmĩæ manu moueri poſſe. Tũ Claudia uirgo ueſtalis falſo inceſti ſuſpecta deã orauit: ut ſi pudicã ſciret: ſequeretur. Et zona ĩpoſita nauẽ mouit. Simulacrum matris deũ adduxit. Templum edificauit. Naſica q uir optimus iudicabatur.

De Marco Porcio Catone.

Arcus Porcius Cato genere tuſculãus a Valerio Flacco romam ſolicitatus tribunus militũ in ſicilia: quæſtor ſub Scipione fortiſſimus: Prætor iuſtiſſimus fuit. In pretura ſardiniam ſubegit: Vbi ab Ennio græcis litteris ĩſtitutus: cõſul celtiberos domuit. Et ne rebellare poſſent. litteras ad ciuitates ſingulas miſit: ut muros diruerẽt. cũ unaquæq; ſibi imperari putaret fecerunt. Syriaco bello tribunus militũ ſub Marco Atilio Glabriõe occupatis thermophilarum iugis ſubſidiũ hoſtiũ depulit. Cẽſor. L. Flaminium cõſularẽ ſenatu mouit: qđ ille ĩ gallia ad cuiuſdã ſcorti ſpectaculum uectum quendã e carcere in conuiuio iugulari iuſſiſſet. Baſilicam ſuo nomine primus fecit. Matronis ornamenta erepta appia lege repetentibus reſtituit accuſator aſſiduus malorum. Galbã octogenarius accuſauit. Ipſe quadragies quater accuſatus glorioſe abſolutus. Carthaginem delendam cenſuit poſt. lxxx. annos filium genuit. Imago cuius funeris gratia produci ſolet.

De Claudio Nerone & Haſdrubale fratre Hãnibalis.

Aſdrubal frater Hãnibalis ĩgẽtibus copiis in italiã traiecit. Actumq; erat de romano ĩperio ſi ſeſe Hãnibali iungere potuiſſet. Sed Claudius Nero q ĩ apulia cum Hannibale caſtra cõiunxerat relicta ĩ caſtris parte cum delectis ad Haſdrubalẽ ꝓperauit: & ſe Liuio collegæ apud Senã opidum & Methaurum flumẽ coniunxit. Amboq; Haſdrubalẽ uicerunt. Nero regreſſus pari celeritate qua uenerat caput Haſdrubalis ãte uallum Hãnibalis ꝓiecit. Quo ille uiſo uinci ſe fortuna Carthaginis cõfeſſus ẽ. ob hæc Liuius triumphans: Nero ouans urbem introierunt.

De Publio Cornelio Scipione Africano.

Vblius Scipio ex uirtutibus nominatus Africanus Iouis filius creditus. Nam antequam conciperetur ſerpens ĩ lecto matris eius apparuit. Et ipſi paruulo draco circũfuſus nihil nocuit.

In capitolium intempeſta nocte euntem nunq̃ canes latrauerunt. Nec hic qcquã prius cœpit q̃ i cella Iouis diutiſſime ſediſſet quaſi diuinam mentem accepiſſet. Decem & octo ãnoꝝ patrem apud Ticinum ſingulari uirtute ſeruauit. Clade cãnenſi nobiliſſimos iuuenes Italiam deſerere cupientes ſua auctoritate compeſcuit. Reliquias ĩcolumes per media hoſtium caſtra canuſium ꝑduxit. Vigiti quattuor annoꝝ prætor in Hiſpaniam miſſus Carthaginẽ qua die uenit: cepit. Virginem pulcherrimã ad cuius aſpectum cõcurrebatur: ad ſe uetuit adduci: patriq; eius ſpõſor aſtitit. Haſdrubalẽ: Magonemq; fratres Hannibalis hiſpania expulit. Amici iam cũ Siphace mauroꝝ rege cõiunxit. Maſiniſſam in ſocietatẽ recepit. Victor domum regreſſus conſul ante annos factus concedente collega in africam claſſe traiecit. Haſdrubalis & Syphacis caſtra una nocte ꝑrupit. Reuocatum ex Italia Hannibalem ſupauit. Victis carthaginenſibus leges ĩpoſuit. Bello Antiochi legatus fratri fuit. captũ filium gratis recepit. Apetilio Alteio. tr. pl. repetundarum accuſatus librum rationum ĩ cõſpectu populi ſcidit. Hac die ĩquit Carthaginem uici quaſi bonum factum ĩ capitolium eamus: & diis ſupplicemus. Inde ĩ uoluntarium exilium cõceſſit: ubi reliquam egit ætatem. Moriens ab uxore petiit ne corpus ſuum romam referretur.

De Liuio Salinatore.

Iuius Salinator primo conſul de Illyriis triumphauit. Deide ex ĩuidia peculatus reus ab omnibus tribubus excepta metia cõdẽnatus. Iterum cum Claudio Nerone ĩimico ſuo cõſul: ne reſpu. diſcordia male adminiſtraretur: amiciciam cũ eo iunxit: & de Haſdrubale triumphauit. Cenſor cum eodem collega omnes tribus excepta metia ærarias fecit. Stipendio priuauit eo crimine q̄ aut prius ſe iniuſte condẽnaſſent. aut poſtea tantos honores non recte tribuiſſent.

De Quinto Flaminio.

Vintus Flaminius Flaminii: qui apud Traſimenum periit filius conſul Macedoniam ſortitus ducibus Caropæ principis paſtoribus prouinciam ingreſſus regem Philippum prælio fudit: caſtris exuit. Filium eius Demetrium obſidem accepit: quem pecunia multatum in regnum reſtituit. A Nabide quoq; lacedæmonio filium obſidem accepit. Ludos Iunoni ſamiæ ꝑ præconem pronunciauit. Legatus etiam ad Pruſiam ut Hannibalem repeteret miſſus.

De Quinto Fuluio nobiliore.

Vintus Fuluius nobilior conſul Etholos Oretanoſq; ſuperauit. Vnde ouās urbem introiit Conateos qui bello macedonico interfuerant: poſt ad Antiochum defecerant præliis frequentibus uictos & in ābrachiam opidum coactos in deditionem accepit: tantum ſignis tabuliſq; pictis ſpoliauit de quibus triumphauit. Quam uictoriam per ſe magnificam. Quintus Ennius amicus eius inſigni laude celebrauit.

De Lucio Scipione Aſiatico.

Cipio Aſiaticus frater Africani infirmo corpore tamen in africa uirtutis nomine a fratre laudatus cōſul Antiochum regem ſyriæ legato fratre apud ſipylum mōtem cum artus hoſtium pluuia hebetati fuiſſent: uicit: & regni relicti parte priuauit. hinc Aſiaticus dictus. Poſt reus pecuniæ interceptæ ne in carcerem duceretur Gracchus pater tripl. interceſſit. M. Cato cenſor equum ei ignominiæ cauſa ademit.

De Antiocho Rege Syriæ.

Ntiochus rex ſyriæ nimia opum fiducia bellum romāiſitulit ſpecie lyſmachiæ repetendæ: quā a maioribus ſuis ī Thracia quōdā romāi poſſidebāt. Statiq; regiā iſulaſq; eius occupauit. In Euboea luxuria elāguit. aduētu Attilii Glabrionis excitus Thermopilas occupauit. Vnde īduſtria Marci Catōis eiectus ī aſiā refugit. Nauali ꝓlio cui Hānibalē præfecerat a. L. Aemilio ſupatus filiū Scipiōis Africani: quē īter nauigandū cœpat patri remiſit: qui ei q̄ſi ꝑ reddenda gratia ſuaſit ut amiciciam romanā peteret. Antiochus ſpreto cōſilio apud Sypilū mōtem cū. L. Scipione cōflixit. Victus & ultra taurum monté relegatus: a ſodalibus quos in cōuiuio temulentus pulſauerat occiſus eſt.

De Cneo Manlio Vulſone.

Neus Manlius Vulſo miſſus ad ordinandū Scipionis Aſiatici prouinciam cupiditate triumphi bellum piſidis & gallogræcis qui Antiocho affuerant intulit. His facile uictis īter captiuos uxor regis Oriaguntis centurioni cuidam in cuſtodiā data: a quo ui ſtrupata de iniuria tacuit. Et poſt īpetrata redēptiōe marito adulterum interficiendum tradidit.

De. L. Aemylio Paulo Macedonico.

Vcius Aemylius Paulus filius eius: qui apud Cānas cecidit primo conſulatu: quem poſt tres repulſas adeptus erat de li

guribus triumphauit. Reꝝ geſtarum ordinem in tabula pictum publice poſuit. Iterum conſul Perſem Philippi filium regem macedonum apud Samothracas cepit: quẽ uictum fleuit: & aſſidere ſibi iuſſit: tamen in triumphum duxit. In hac læticia duos filios amiſit. Et progreſſus ad populum gratias fortunæ egit: quod ſi quid aduerſi reip. ĩminebat ſua eſſet calamitate deciſum. ob hæc omnia a populo & a ſenatu conceſſum ẽ: ut ludis circẽſibus triũphali ueſte uteretur. Ob huius licentiam & paupertatem poſt mortẽ eius dos uxori niſi uenditis poſſeſſionibus non potuit exolui.

De Tiberio Sempronio Graccho.

Iberius Sempronius Gracchus nobiliſſima familia ortus Scipionem Aſiaticum quãuis inimicum duci in carcerem non eſt paſſus. Prætore Galliam domuit: conſul Hiſpaniã: altero conſulatu Sardiniam: tantumq́ꝫ captiuorum adduxit: ut longa uenditione res in prouerbium ueniret Sardi uenales. Cenſor libertinos: qui ruſticas tribus occuparant: in quatuor urbanas diuiſit: ob quod a populo collega eius Claudius (nam ipſum auctoritas tuebatur) reus factus: & cum eum duæ claſſes condemnaſſent: Tiberius iurauit ſe cum illo in exilium iturum. Ita reus abſolutus ẽ. Et cum in domo Tiberii duo ãgues e geniali toro repſiſſent reſpõſo dato eum de dominis periturum: Cuius ſexus anguis fuiſſet occiſus. Amore Corneliæ coniugis marem iuſſit interfici.

De. P. Scipione Aemiliano.

Vblius Scipio Aemiliãus macedonici filius a Scipione Africano adoptatus in macedonia cum patre agens uictum Perſem tam pertinaciter perſecutus eſt: ut media nocte ĩ caſtra redierit. Lucullo in hiſpania legatus apud itercaciam opidum ꝓuocatorem ſingulari prælio uicit. Muros hoſtiles ciuitatis primus aſcendit. Tribunus ĩ africa ſub Tito Mãlio ĩpatore octo cohortes obſidiõe uallatas cõſilio & uirtute ſeruauit: a qbus corona obſidionali aurea dõatus. cũ ædilitatẽ peteret cõſul ãte annos ultro factus carthaginẽ ĩtra ſex mẽſes deleuit. Numãtiã ĩ hiſpania correcta prius militũ diſciplia fame uicit: hĩc Numãtinus Caio Lelio plurimũ uſus. Ad reges adeundos miſſus duos ſecum preter eum ſeruos duxit. Ob res geſtas ſupbus Gracchũ iure occiſũ uideri reſpondit. Cẽſor Mũmio collega ſegniore ĩ ſenatu ait: Vtinã mihi collegã aut dediſſetis: aut nõ dediſſetis. Suſcepta agrarioꝝ cauſa domi repẽte exa

nimis inuentus obuoluto capite elatus ne liuor in ore appareret. Huius patrimonium tam exiguum fuit:ut.xxxii. libras argēti: duas & ſemilibram auri reliquerit.

De Aulo Hoſtilio Mancino.

Vlus Hoſtilius Mancinus prætor aduerſum numātinos uetantibus auibus & neſcio qua uoce reuocante profectus cū ad Numitiam ueniſſet.exercitum Pompeii acceptum prius corrigere decreuit:inde ſolitudinem petit. eo die Numantini forte ſolēni nuptu filias locabant:& unam ſpecioſam duobus competentibus pater puellæ conditionem tulit:ut ei illa nuberet: qui hoſtis dexteram attuliſſet.Profecti iuuenes abſceſſum romanorum ī modum fugæ properantum cognoſcunt:& ad ſuos referunt.Illi ſtatim quatuor milibus uiginti milia romanorum ceciderunt. Mancinus auctore.T.Gracco quæſtore in leges hoſtium fœdus percuſſit: quo per ſenatum improbato Mancinus numantinis deditus: nec receptus augurio in caſtra ductus preturam poſtea conſecutus eſt.

De Lucio Mumio Achaico.

Vcius Mumius deleta Achaia Achaicus aduerſus corynthios miſſus uictoriam alieno labore quæſitam intercepit.Nā cum illos Metellus macedonicus apud Eracleam fudiſſet: & duce Critolao priuaſſet cū lictoribus & paucis equitibus ī Metelli caſtra properauit:corynthios apud leucopetram uicit duce clineo:qui domum refugit:eāq; incēdit:& ſe in ignē precipitauit excepto ipſo nemo īteriit:Mumius corynthū ſignis tabuliſq; ſpoliauit: qbus cum totam repleſſet Italiam in domum ſuam nil contulit.

De.Q.Cecilio Metello Macedonico.

Vintus Cecilius Metellus a domita macedonia Macedonicus prætor Pſeudo Philippū:qui idem Andriſcus dictus ē uicit:Achæos bis prælio fudit triumphandos Mumio tradidit. Inuiſus plebi ob nimiam ſeueritatem & ideo poſt duas repulſas conſul ægre factus Arbachos in hiſpania domuit. Apud Cetebriam oppidum cohortes loco pulſas redire & locum recipere iuſſit. Cum omnia proprio & ſubito conſilio ageret: amico cuidam qd acturus eēt roganti:tunicam īquit meā excinderem: ſi eam cōſilium meum ſcire exiſtimarem. Hic quatuor filiorum pater ſupremo tempore humeris eorum ad ſepulchrum latus eſt. Ex quibus tres conſulares:unum etiam triumphantem uidit.

De.Q.Cecilio Metello Numidico.

Q Vitus Cecilius Metellus Numidicus: q de Iugurta rege tri umphauit censor Quintium qui se Tiberii Gracchi filiũ mẽtiebatur: in censum non recepit. Idem in legem apuleiã ꝑ uim latã iurare noluit. Quare in exilium actus Smirnæ exulauit. Claudia deinde rogatione reuocatus cũ ludis forte litteras in theatro accepiſſet: non prius eas legere dignatus eſt: q̃ ſpectaculũ finiretur. Metellum ſororis ſuæ uiꝝ laudare noluit: q̈ is ſolus iudicium contra leges detractarat.

De Quinto Metello Pio.

Q Vintus Metellus Pius Numidici filius: pius q̈a patrem lachrymis & ꝓcibus aſſidue reuocauit. Prætor bello ſociali Q. Popediũ Marſoꝝ ducẽ interfecit. Cõſul ĩ hiſpania herculeos fratres oppreſſit. Sertoriũ Hiſpania expulit. Adoleſcens in petitiõe præturæ: & pontificatus conſularibus uiris prælatus eſt.

De Tiberio Graccho.

T Iberius Gracchus Africani ex filia nepos quæſtor Mancio in hiſpania fœdus eius flagitioſum putauit. Periculũ ſeditionis eloquentiæ gratia fugit. Tribunus pl. legem tulit: neqs plus. M. agri iugera haberet. Octauio collega intercedẽte nouo exẽplo magiſtratum abrogauit. Deinde tulit ut lex ea familia quæ de Attali hæreditate erat: ageretur: & populo diuideretur. Deinde cũ ꝓrogare ſibi poteſtatem uellet aduerſis auſpiciis ĩ publicũ ꝓceſſit: ſtatiq; capitoliũ petiit manũ ad caput referẽs: quo ſalutẽ ſuã populo cõmendabat: hoc nobilitas ita accepit quaſi diadema poſceret. Segniterq; ceſſante Mutio conſule Scipio Naſica ſequi ſe iuſſit qui ſaluam rẽ. p. uellent: Gracchum in capitoliũ perſecutus oppreſſit. Cuius corpus Lucretii ædilis manu in tiberim miſſum: unde ille Viſpillo dictus. Naſica ut inuidiæ ſubtraheretur per ſpẽm legationis in Aſiam ablegatus eſt.

De Caio Graccho.

C Aius Gracchus peſtilentem ſardiniã quæſtor ſortitus non ueniẽte ſucceſſore ſua ſpõte diſceſſit. Aſculanæ & fregellãæ defectionis inuidiam ſuſtinuit. Tribunus pl. agrarias & frumentarias leges tulit. Triumuiros agris diuidendis ſe & Fuluium Flaccũ: & C. oroſiũ cõſtituit. Minucio Ruſo. tr. pl. legibus ſuis abrogãte in capitoliũ uenit. Vbi cũ Attilius ꝓco Opimii conſulis in turba fuiſſet occiſus in foꝝ deſcendit: & ĩprudẽs concionẽ a. tr. pl. auocauit. Quare accerſitus cũ in ſenatũ non ueniſſet armata fami

lia Auētinū occupauit. Vbi ab Opimio uictus dū a tēplo Lūæ de
ſiliit talū ītorſit:& Pontino amico apud portā trigeminā. P. Lecto-
rio in pōte ſublicio pſequētibus reſiſtēte in locum furianæ ꝑuenit.
Ibi uel ſua uel ſerui Euferi manu interfectus caput a Septimio Atel
lo amico Gracchi ad Opimiū relatum auro expēſum fertur ꝓpter
auaritiam infuſo plumbo grauius effectum.

De Marco Liuio Druſo.

Arcus Liuius Druſus genere & eloquētia magnus: ſed am-
bitioſus & ſupbus ædilis munus magnificētiſſimum dedit:
& ibi Remimio collegæ quædā de utilitate rei.p.ſuggeren
te: Quid tibi iqt cū rep. nr̄a? Quæſtor ī Aſia nullis inſignibus uti
uoluit:neqd ipſo eſſet īſignius. Tribunus.pl. Latinis ciuitatē: plebi
agros:eqtibus curiā:ſenatui iudicia pmiſit. Nimiæ liberalitatis fu-
it. Ipſe ēt ꝓfeſſus nemini ſe ad largiēdū ꝑter cælū & terrā reliqſſe.
Ideoq; cū pecūia egeret multa cōtra dignitatē fecit. Magulſā Mau
ritāiæ pricipē ob regis ſimultatē ꝓfugū accepta pecunia Boſcho ꝓ
didit:quē ille elephāto obiecit. Adherbalē filiū regis numidaꝝ ob
ſidē domi ſuæ ſumpſit:redēptionē eius a patre occulte ſperans:Ce
pionē inimicū actionibus ſuis reſiſtētē ait ſe de ſaxo tarpeio ꝑcipi-
tatuꝝ:Conſuli legibus agrariis reſiſtenti ita collū in comitio ītor-
ſit:ut multus ſanguis efflueret e naribus:q̄ illa luxuria ex ꝓbās mor
ti cum detrudi ſe dicebat. Deinde ex gratia in inuidiam uenit. Nā
plebs acceptis agris gaudebat. Expulſi dolebāt equites lecti lætabā
tur. Senatus ꝑmiſſis iudiciis exultabat. Sed ſocietatem cum equiti-
bus ægre ferebat. Vnde Liuius anxius:ut latinorum poſtulata dif-
ferret:qui promiſſam ciuitatem flagitabant:repente in publico cō
cidit ſiue morbo comitiali ſeu hauſto caprino ſanguine ſemiāimis
domum relatus. Vota pro illo per Italiam publice ſucepta ſunt:&
cum Latini conſulem in albano īterfecturi eſſent:Philippū admo-
nuit:ut caueret. Vnde in ſenatu accuſatus cum domum ſe recipet
immiſſo īter turbā percuſſore corruit. Inuidia cædis apud Philip-
pum & Cepionem fuit.

De Caio Mario patre.

Aius Marius ſepties cōſul arpinas hūili loco natus prīs ho-
noribus ꝑ ordinē fūctus legatus Metello ī nūidia criando
cōſulatū adeptus. Iugurthā captū āte currū egit. In ꝓximū ānū con
ſul ultro factus Cibros in gallia apud aquas ſextias:Teutōas ī Italia

in campo ſauidio uicit:deq; his triumphauit. Vſq; ad ſextum cōſu latū per ordinem factus Apuleiū Saturninū.tri.pl. & Glauciam p̄torē ſeditioſos ex ſenatuſconſulto īteremit. & cū ſulpicia rogatione ꝓuinciam Syllæ eriperet:armis ab eo uictus:Minturnis in palude latuit. Inuentus & in carcerē cōiectus īmiſſum ꝑcuſſorē gallum uultus auctoritate deterruit. Acceptaq; nauicula in africā traiecit. Ibi diu exultauit. Mox cinana dominatione reuocatus ruptis ergaſtulis exercitum fecit:cæſiſq; inimicis iniuriā ultus ſeptimo conſulatu:ut quidam ferunt:uoluntaria morte deceſſit.

De Caio Mario filio.

Aius Marius filius.xxv.annoꝝ cōſulatum īuaſit:quem honorē tam īmaturꝝ mater fleuit:hic patri ſæuitia ſimilis curiā armatus obſedit. Inimicos trucidauit:quoꝝ corpora ī tiberim p̄cipitauit. In apparatu belli: qđ cōtra Syllā parabat apud ſacriportum uigiliis & labore defeſſus ſub dio requieuit:& abſens uictus fugæ nō pugnæ īterfuit. Preneſte refugit:ubi ꝑ Lucretiū Affellam obſeſſus temptata per cunniculum fuga cum omnia ſepta ītelligeret:iugulandum ſe Pontio Teleſino præbuit.

De Lucio Cornelio Cinna.

Vcius Cornelius Cinna flagitioſiſſimus rem.p. ſumma crudelitate uaſtauit. Primo conſulatu legem de exulibus reuocandis ferens ab Octauio collega prohibitus: & honore priuatus urbe ꝓfugit. Vocatiſq; ad pileū ſeruis:aduerſarios uicit. Octauium interfecit. Ianiculum occupauit. Iterum & tertio cōſulem ſe ipſe fecit. Quarto conſulatu cū bellū cōtra Syllā pararet : Anconæ ob nimiā crudelitatē ab exercitu lapidibus occiſus eſt.

De Flauio Fimbria.

Lauius Fimbria ſæuiſſimus Cinnæ ſatelles Valerio Flacco cōſuli legatus ī aſiā ꝓfectus ꝑ ſimultatē dimiſſus corrupto exercitu ducem interficiendū curauit. Ipſe correptis īperii inſignibus ꝓuinciam ingreſſus Mithridatē pergamo expulit. Iliū ubi tardius portæ patuerunt incendi iuſſit. ubi Mineruæ templū iuiolatū ſtetit:qđ diuina maieſtate ſeruatū nemo dubitauit. Idē Fimbria militiæ prīcipes ſecuri percuſſit:Mox a Sylla ꝑgami oppreſſus corrupto exercitu deſertus ſemet occidit.

De Viriato Luſitano.

Iriatus genere Luſitanus ob pauꝑtatē primo mercenarius. Deinde alacritate uector:audacia latro:ad poſtremum dux

bellum aduerſum romãos ſumpſit:eorũq; imperatorem Claudiũ Mumanum:Deinde: Nigidium oppreſſit.pacem a populo maluit ĩteger petere: q̃ uictus. & cũ alia ddiſſet & arma retierent:bellũ renouauit. Cepio cũ uincere aliter nõ poſſet duos ſatellites pecunia corrupit:qui Viriatum uino depoſitum perimerẽt. Quæ uictoria qa empta erat:a ſenatu non probata.

De Marco Aemylio Scauro.

Arcus Aemylius Scaurus nobilis paup. Nã pater eius q̃uis patritius ob paupertatem carbonariũ negociũ exercuit. Itẽ primo dubitauit honores petere:an argentariam facere:ſed eloquẽtiæ conſultus ex ea gloriã peperit. Primo in hiſpania corniculũ meruit ſub Horeſte ĩ ſardinia ſtipẽdia fecit ædilis iuri reddẽdo magis q̃ muneri edẽdo ſtuduit.Prætor aduerſus Iugurtã tamen eius pecunia uictus.Cõſul legẽ de ſumptibus:& libertinoꝝ ſuffragiis tulit.P.Deciũ p̃torẽ trãſeũte ipſo ſedẽtẽ iuſſit aſſurgere:eiq; ueſtẽ ſcidit:ſellã cõcidit.Ne qs ad eũ ĩ ius iret edixit.Conſul ligures & gãtiſcos domuit:atq; de his triũphauit.Cẽſor Emiliã ſtrauit.Pontẽ miluiũ fecit.Tãtũq; auctoritate potui ut Opimiũ cõtra Gracchũ: Variũ cõtra Glauciã. & Saturninũ priuato ↄſilio armaret.Idẽ filiũ ſuũ:qa p̃ſidiũ d̃ſeruerat ĩ cõſpectũ ſuũ uetauit acceder̃. Ille ob hoc dedecus mortẽ ſibi cõſciuit.Scaurus ſenex cũ a Vario.tr.pl. arguerẽ q̃ſi ſocios & latiũ ad arma coegiſſet:ad populum ait. Varius Veronenſis Aemilium Scaurum ait ſocios ad arma coegiſſe. Scaurus negat:utri potius credendum putatis?

De Lucio Apuleio Saturnino.

Vcius Apuleius Saturninus.tr.pl.ſeditioſus ut gratiã mari anoꝝ militũ pararet:legẽ tulit ut ueteranis agri iugera in africa diuiderẽt:Intercedẽtẽ Bebiũ collegã facta p populũ lapidatõe ſubmouit.Glauciæ p̃tori:qd' is eo die quo is cõcionẽ habebat: ius dicendo ptẽ populi aduocaſſet:ſellã cõcidit:ut magis popularis uideret̃. Quendam libertini ordinis ſubornauit:qui ſe Gracchi filiũ figeret.Ad hoc teſtimoniũ Semprõia ducta nec p̃cibus nec minis adduci potuit:ut dedecus familiæ agnoſceret.Saturninus Aulo Mumio cõpetitore ĩterfecto.tr.pl.refectus ſiciliã achaiã macedoniã nouis coloniis deſtinauit:& auꝝ dolo aut ſcelere Cepionis partum ademptionẽ agroꝝ cõuertit.Aqua & igni ĩterdixit ei:qui ĩ leges ſuas non iuraſſet.Huic lege multi nobiles abrogantes:cum tonuiſſet.Iã inqt niſi quieſcitis grãdinabit.Metellus Numidicus exu-

lare q̃ iurare maluit. Saturninus tertio.tr.p. refectus ut ſatellitem ſuum Glauciam prætorem faceret: Mumium competitorem eius in campo martio necandum curauit. Marius.S.C.armatus quo cẽſerentur darēt operam conſules ne res.p.quid detrimenti caperet. Saturninum & Glauciam in capitolium perſecutus obſedit: maximoque queſtu inciſis fiſtulis in deditionem accepit: nec deditis fides ſeruata eſt.Glauciæ fracta ceruix. Apuleius cum in curiam fugiſſet:lapidibus & tegulis deſuper īterfectus. Caput eius Rauirius quidam ſenator per conuiuia in ludibrium circum tulit.

De Lucio Licinio Lucullo.

Vcius Licinius Lucullus nobilis diſertus & diues munus quæſtorum ampliſſimum dedit.Mox per Murenā in aſia claſſem Mithridatis & Ptolomeum regem alexandriæ cõſuli Syllæ cōciliauit: prætor Africam iuſtiſſime rexit.Aduerſus Mithridatem miſſus collegam ſuum Cottam calcedoniæ obſeſſum liberauit.Cizicon obſidione ſoluit. Mithridatis copias ferro & fame afflixit:eūq; regno ſuo ideſt pōto expulit. Quem rurſum cum Tygrane rege armeniæ ſubueniēte magna fœlicitate ſuperauit nimius in habitu. Maxime ſignorum & tabularum amore flagrauit. Poſt cum alienata mente deſipere cœpit: tutela eius.M. Lucullo fratri permiſſa eſt.

De Lucio Cornelio Sylla.

Ornelius Sylla ī fortuna fœlix dictus cū paruulus a nutrice ferretur mulier obuia ſalue.īquit puer tibi: & rei.p.tue felix.Et ſtatim quæſita quæ hoc dixiſſet non potuit īueniri. Hic quæſtor Marii Iugurtam a Bocho in deditionem accepit. Bello cībrico & theutonico legatus bonam operam nauauit. Prætor inter ciues ius dixit.prætor ciliciam prouinciam habuit. Bello ſociali Samnitas hirpinoſq; ſuperauit. Ne monumenta Bochi tollerentur Mario reſtitit. Conſul aſiam ſortitus Mithridatem apud orcomenam & cheroniam prælio fudit.Archelaum prælio præfectum eius athenis uicit.portum pireum recepit.Medos:Dardanos in itinere ſuperauit. Mox cum rogatione ſulpicia imperium eius transferretur:ad Marium regreſſus corruptis aduerſariorum exercitibus Carbonem Italia expulit.Marium apud ſacri portum telleſinum apud portam collinam uicit. Mario filio præneſte īterfecto fœlicem ſe edicto appellauit.Proſcriptiōis tabulas primus poſuit. Nouem milia deditorum in uilla publica cecidit.Numerum ſacer

dotum auxit. Tribunitiā poteſtatem minuit. Rep. ordinata dictatu ram depoſuit: Vnde ſpe deceptus puteolos conceſſit: & morbo qui pthiriaſis uocatur perit.

De Mithridate Rege Ponti.

Ithridates Rex ponti oriundus a ſeptem Perſis magna ui animi & corporis: ut ſex iuges equos regeret quinquaginta gentium ore loqueretur: bello ſociali diſſidētibus romanis: Nicomedem Bithinia: Ariobarzanem Cappadocia expulit lr̄as per totam Aſiam miſit: ut quicunq; romanus eſſet certa die interficeretur. & factum eſt. Græciam inſulaſq; omnes excepta Rhodo occupauit. Sylla eum prælio uicit. Claſſem eius proditione Archelai intercepit. Ipſum apud Dardanum opidum fudit: & opreſſit. & potuit capere niſi aduerſum Marium feſtinans qualemcunq; pacem componere maluiſſet. Deinde eum argis reſiſtentem Lucullus fudit. Mithridates poſt a Pompeio nocturno prælio uictus in regnū confugit. Vbi per ſeditionem popularium a Pharnace filio in turre obſeſſus uenenum ſumpſit. Cum id tardius biberet: quia aduerſū uenena multis ātea medicaminibus corpus firmauerat: īmiſſum percuſſorem Gallum Sithocum auctoritate uultus territum reuocauit: & in cædem ſuam manum trepidantis adiuuit.

De Cneo Pompeio Magno.

Neus Pompeius magnus ciuili bello Syllæ partes ſecutus ita egit ut ab eo maxime diligeret. Siciliam ſine bello proſcriptis recepit. Numidiam Iarbæ ereptam Maſiniſſæ reſtituit. xxvi. anno natus triumphauit. Lepidum acta Syllæ reſcindere uolentem priuatus Italia abrogauit. Prætor in Hiſpaniam proconſul miſſus Sertorium uicit. Mox piratas intra quadrageſimum diē ſubegit. Tygranem ad deditionem: Mithridatem ad uenenum cōpulit. Deinde mira fœlicitate rerum in ſeptentriōe albāos: colchos: enochios: caſpios: hiberos. Nunc in oriente Parthos: Arabas: atque Iudæos cum magno ſui terrore penetrauit. Primus ī hircanum rubrum & arabicum mare uſq; peruenit. Mox diuiſo orbis imperio cum Craſſus Syriam: Cæſar Galliam: Pompeius urbem obtineret: poſt cædem Craſſi Cæſarem dimittere exercitum iuſſit. Cuius infeſto aduentu urbe pulſus in pharſalia uictus ad Ptolemæum Alexādriæ regem fugit. Huius latus ſub oculis uxoris: & liberorū a Septimio Ptolemæi præfecto mucrone confoſſum eſt. Iamque defuncti caput gladio præciſum uſque ad ea tempora fuerat ignoratum

Truncus nilo iactatus a Seruio Codro rogo inuſtus humatuſque eſt inſcribente ſepulchro: Hic poſitus eſt magnus. P. caput ab Achilla Ptolemæi ſatellite ægyptio uelamine inuolutum cum annulo Cæſari præſentatum eſt. Qui non continẽs lachrymas illud plurimis: & præcioſiſſimis odoribus cremandum curauit.

C. Plinii Secundi Nouocomenſis de Viris Illuſtribus. Finis.

Marcelli Philoxeni ad Antonium Moretum Epigramma:

Omnibus hæc ꝙ nunc tam recte impreſſa leguntur
Quod mendoſa libri littera nulla uiget:
Antoni Morete fuit tua cura: laborq;
Namq; faues claris ſedulis ingeniis.
Quiſquis amat ueteres: grates tibi ſemper habebit:
Et debet ſtudio Plynius ipſe tuo.

BIBLIOTECA DE CATALUNYA BC

103

Iste liber pertinet ad [illegible]

Mauri Archij.

Carth. 107. quaterni: 14.

PM4
RML4
u.13 86

8º

BIBLIOTECA DE CATALUNYA

Biblioteca de Catalunya

Reg. 501.940

Sig. Inc. 124-8º

BIBLIOTECA DE CATALUNYA

1001801409